ribus vicibus baptiſatus eſt. ¶Secun/
do ꝙ non imprimiť niſi ſimplex character
et ſimplex gratia. ac ſi vnus eorum ſolus
baptiſaſſet.quia ad eorum impreſſionem
non agit baptiſans ꝓductiue vel compro
ductiue.ſed ſolus deus vt dictum eſt in p̄/ dub.14
mo articulo.¶Decimūquartū.ponatur.ꝙ
in neceſſitatis articulo:ſacerdos nolit pue
rum baptiſare.niſi detur ei pecunia:queri
tur quid factu dignum ſit? Rn̄detur.ꝙ ni
hil ſit dandum ꝓ illo.vt de pe.ij.qđe pri/
ma.ſed faciendum eſt:ac ſi nullus ſacer/
dos adeſſet. Hec eſt opinio Holkot. Bo
nauentura tamen dicit.ꝙ poſſit ei dari: re dubi.15
dimendo vexationem:non emendo ſacra
mentū ⁊c̄.¶Decimoquinto poſſunt queri
caſus curioſi.Primus ſi deus crearet ho/
minem de nouo.an illi neceſſarius baptiſ/
mus eſſet pro ſalute?¶Rn̄deť ſic. Johan/

nis.iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊
ſpirituſancto: non poteſt videre regnū dei
¶ Sz ꝙ non. qꝛ de conſe. diſt. iiij. capl'. q̄ in
materno. dicit textus. ꝙ qui non eſt natus
ſm Adam: ſm chriſtū renaſci non poteſt.
Soluit' mō iſte non eſt natus ſm Adam. ¶ Rn̄de
tur ꝑbabiliter. ꝙ talis creatus non habe
ret peccatum originale: in cuiꝰ remedium
inſtitutus eſt baptiſmꝰ ⁊ ergo quo ad hoc
non indigeret baptiſmo. Sed qꝛ baptiſ
mus confert gratiam: quo ad hoc videret'
indigere. Et ſic tertio ꝙ neſcit' an deus ta
lem vellet aſtringi ad ſacramenta eccleſie:
que ſunt inſtituta in ſalutem his q̄ cōmu
niter naſcunt' ex adam. ſine q̄bus deus po
teſt ſaluare. nō enim alligauit virtutez ſu
am ſacramentis. ¶ Unde videt' implorā
dum in tali caſu diuinū iudiciū: quomō
4 ta liter productū vellet regi. ¶ Ideo finalit'
videtur mihi. ꝙ ſi nulla fieret reuelatio: tu
tum eſſet ipſum baptiſari: pro acceptione
virtutum ⁊ adimpletione ꝑcepti Johan
5 nis. iij. ¶ Quod obijcit'. ꝙ talis nō eſſet na
tus ſm Adam. ptz ꝙ decretalis loquit' de
his qui naſcunt' cōmuni lege. ⁊ ſic non eſt
caſus.2. ad ꝓpoſitum. ¶ Secundꝰ caſus. Si deus
aīam damnati poneret in infante naſcitu
ro. nunquid per baptiſmū conſequeret' ve
niã? ⁊ ſi poſt baptiſmū moreret' puer euo
caſus.3. laret ad celum? ¶ Tertius. Si animā ho
minis baptiſati infunderet puero. nunq̄d
deberet puer baptiſari? ⁊ ſi ſic nunq̄d ha
ſoluunt'. beret duos characteres? ¶ Ad iſtos caſus
qꝛ rari ſunt: ⁊ non fient. ſi fierent ⁊ eccl'ia ſci
ret: poſſet conſilium eccleſie implorari. vel
iuxta conſilium auguſtini diuinū iudiciū
Dicat'.1 precibus obtineri. ¶ Sed probabiliter ſi
ne aſſertione dicitur in primo caſu ꝙ ſi ani
ma illa non fuiſſet ante conſecuta baptiſ
mū: videt'. ꝙ per baptiſmū conſequeretur
plenam remiſſionem. Nam non reſtitue
retur corpori: niſi qꝛ reſtitueret' ſtatui via
Dicat'.2 torꝫ ⁊ ex conſequenti ei ſicut alijs nō bapti
ſatis poſſet prodeſſe baptiſmus. ¶ Secū
do arguit'. ꝙ ſi ſciret eccleſia: ꝙ anima illa
fuiſſet ante conſecuta baptiſmū. videt': ꝙ
non deberet eam baptiſare. qꝛ non indige
ret deletione originalis culpe. eo ꝙ chara
cterem haberet: q̄ eſt ſignum indulti pecca
ti originalis. Nec videt' rationale: ꝙ cum
chriſtus ſemel mortuus eſt: ꝙ bis deberet
plenam remiſſionem recipere. ¶ Sed pro
ꝫ argu.1 oppoſito videt': quia anima illa videtur de
nouo cōtrahere originale ex feda materia
cui infundit'. quomodo ergo mundabitur
¶ Secundo. qꝛ ille puulus nunq̄ꝫ fuit ba arguit'.2
ptiſatꝰ: q̄ꝫuis anima ſortita fuerit baptiſ
mū in alio corpore. ⁊ ergo videt' ſi non ba
ptiſaretur: ꝙ ſperneret domini mandatuz
⁊ ex conſequenti tenet' baptiſari. ⁊ iſtud re
puto probabilius. ¶ Ad hoc quod dicit': Nō.1.
ꝙ non indigeret deletione originalis cul
pe. Reſpondet'. ꝙ immo qꝛ bis ipm cōtra
xit. ⁊ q̄ indigeret bis ab eo mundari. ¶ Cū No.2.
dicit'. ꝙ chriſtus ſolum ſemel mortuus eſt
ideo non videt' ꝙ eadem anima bis poſſꝫ
conſequi plenam remiſſionem peccatorū.
Reſpondet' ꝙ hoc eſt verum: iuxta legem
cōmunez. ſed in tali. caſu ꝙ eadem anima
informaret ſucceſſiue diſtinctos hoīes. ita
bene mors chriſti exiſteret fructuoſa ſecun
do: ſicut primo. ¶ Per idem ptꝫ ad ſecun in caſu.3
dū. ¶ Ad tertium. ꝙ duos haberet chara
cteres. ſm ꝙ duorum hominū diuerſoruꝫ
anima fuiſſet: ⁊ bis peccatum orginale cō
traxiſſet. ¶ Ex eodem ptꝫ ſolutio ad dubi du. ſilr.4
um: quod moueri poſſet. Si deus ſimul ⁊
ſemel eandem animā numero infunderet
vni pariſius ⁊ alteri heidelberge. ⁊ reuela
retur certitudinaliter eccleſie pariſien̄. ꝙ il
la anima informaret heidelberge vnū ali
um hominē in quo eſſet ſortita characte
rem baptiſmi. vtrum eccleſia pariſien̄. de
beret illum hominē baptiſare? ¶ Reſpon Soluit'
det' ꝙ ſic iuxta dicta. quia ille homo tene
retur ad recipiendū baptiſmū. quem chri
ſtus precepit. Ipe enim non eſt ille qui eſt
heidelberge Item anima eſſet in duobus
ꝯſecuta peccatum originale. ⁊ ergo in vtro
q̄ indigeret remedio: ⁊ duos characteres
reciperet. ¶ Aliud curioſum. reſuſcitet de
us cathecuminū pro fide chriſti martyri
ſatum. vtrum debeat baptiſari? Uidetur
ꝙ non. quia ſm beatū Auguſtinū: iniuri
am martyri facit qui pro martyre orat. mō
baptiſans orat in exorciſmo. ¶ Item talis 2
eſt baptiſatus baptiſmo ſanguinis. vnde
ei debetur aureola. ergo fruſtra baptiſaret'
baptiſmo fluminis. ¶ Reſpondet'. ꝙ ille de
beret baptiſari: ꝑpter adimplere manda
tum chriſti. Johānis. iij. Mathei ⁊ mar
ci vltimo. Item pro maioris gratie conſe
cutōne. Si enim reſuſcitat'. ad ſtatum via
torum reſtituit': in quo eget gratia ⁊ domi Ad.1
ni tenetur adimplere mandata. ¶ Ad id
quod obijcit' de Auguſtino. Reſpondet'

ꝙ loquaꝛ̃ de martiribus: q̇ non ſunt in ſta
tu viatorum. tales enim non egent oratio
Ad.2. nibus eccleſie. ¶ Ad ſecundū ꝙ nō ſupflu/
it baptiſmus. quia ampliorem dat grati/
am. ⁊ ſi non reciperet: dominicū preceptū
dub.16. preteriret. Nō plus de his curioſis. ¶ Se
decimo. ponaꝛ̃ ꝙ aliquis qui nō eſt bapti/
ſatus credat ſe baptiſatū. ⁊ ſic finiat vitaȝ
iuxta modum ⁊ ritum chriſtianorum. an
Soluit ſit in via ſalutiſ? ¶ Rn̄deꝛ̃ ꝙ ſic. quia ex quo
firmiter credit ſe baptiſatū: ſpūſſanctꝰ ſup
plet quod deeſt: ⁊ ſic baptiſatur baptiſmo
flāminis. ¶ Et ſi dicaꝛ̃ ꝙ de conſe. diſtin. iiij
dicit Auguſtinꝰ in cap. cathecuminū. Ca
thecuminū in bonis operibus defunctuȝ
vitam habere non credimus. excepto dū/
taxat: niſi martirij ſacramentū compleat.
modo talis non eſt martyr. ¶ Reſpondeꝛ̃
per mgr̄m diſtinc. iiij. cap̄. Sunt ⁊ alij. ꝙ
Auguſtinꝰ loquiꝛ̃ de cathecumino qui ſa/
cramentum non petijt ex debilitate fidei.
vel qui contempſit. modo iſte credit ſe ba/
ptiſatum. ⁊ ergo non eſt negligentia in eo
caſus e/ ſed excuſaꝛ̃ inuincibili ignorantia. ¶ Sed
merges. ponaꝛ̃ ꝙ talis ordineꝛ̃ preſbyter alias ca/
nonice: ſicut legitur extra de pſbytero non
baptiſato. cap̄. apl̄icam. nunquid conſe/
crare poteſt ⁊ abſoluere: ⁊ alios actus ſacer
Soluit dotes concernentes licite exercere. vel vtꝝ
decipiat animas? ¶ Reſpondeꝛ̃ ꝙ non de
2 cipit. quia bona fide agit. vt in dicto cap̄.
¶ Secundo ꝙ nullū ordinem recepit. nec
vere preſbyter exiſtit. ptȝ extra de preſbyte
ro non baptiſato ca. veniens. vbi dicitur.
ꝙ ſi probeꝛ̃ ⁊ conſtiterit eum non eſſe bapti
ſatum. debet baptiſari ⁊ ad ſingulos ordi
nes gradatim ordinari quia baptiſmo nō
recepto non potuit aliquod aliorꝫ ſume
re ſacramentorum. vnde non habuit ali/
3 cuius ordinis characterem ¶ Tertio ꝙ nō
vere conſecrat vel abſoluit. ⁊ ſi epiſcopus
eſſet inſtitutus: non confirmaret nec ordi/
naret. patȝ. quia nullum ordinem habet.
4 ¶ Quarto ꝙ ſpiritusſanctus ob bonam fi/
dem in eo ſtatu quem credit ſe habere: et
non habet: omnia facta ſupplet. ſicut hec
leguntꝛ̃ extra in dictis capl̄is. de preſbyte/
du.17. ro nō baptiſato ¶ Decimoſeptimo. Quid
ſi vetularum dictum ſit verum: quo dicūt
demones pueros auferre: ⁊ alios loco eo/
rum reponere. vtrum tales repoſiti ſint ba
1 ptiſandi? ¶ Et videtur ꝙ ſic. quia forte eſt
alibi ablatus. ⁊ dubium eſt an ſit bapti/

ſatus. vnde videtur ſub conditione bapti
ſandus. iuxta conſilium quod ſcribitur ex/
tra de baptiſmo cap̄. de quibus dubium
¶ Sed contra. quia ſtaret ꝙ angelus ma/ 2
lus poneret ſe in forma pueri q̇ non eſt ba
ptiſandꝰ. ¶ Dicit hic Holkot ꝙ tales ſint Soluit
ſub duplici conditione baptiſandi. Pri/
ma: ſi tu es baptiſatus: ego non rebaptiſo
te. ſed ſi non ſis baptiſatus ⁊ ſis creatura
capax baptiſmi: baptiſo te in nomine pa/
tris ⁊c̄. ¶ Dubiuȝ decimūoctauū. Utrum du.18.
mōſtrum habens duo capita debeat vni
co actu baptiſari: ſiue vt vnꝰ homo? ¶ Re
ſpondeꝛ̃. ꝙ duo capita ꝑfecta exprimunt
plures animas. licet corpora quo ad alia
membra ſint coniuncta vnde poteſt illud
baptiſari pluraliter. Dicendo. ego bapti/
ſo vos ⁊c̄. vt etiam in primitiua eccleſia vi
detur fuiſſe factum: cum plures cathecu/
mini ſimul baptiſabanꝛ̃. ¶ Uel adhuc ali 2
ter. cathecifentur diuiſim ⁊ exorciſenꝛ̃. pri/
mo vnus ⁊ ſecundo alter. ſi tamen tempꝰ
patiatur ⁊ poſtea baptiſeꝛ̃ vnus in forma
eccleſie conſueta. deinde alter: addita con
ditione in reuerentiā trinitatis. quia non
perfecte ſcitur. an ſint duo homines. vt ꝙ
dicaꝛ̃. ſi tu es baptiſatus ⁊c̄. ¶ Ultimū du du.19.
bium. quia dictum eſt ſupra articulo ſecū
do. ꝙ heretici ⁊ infideles poſſint baptiſare
Queriꝛ̃ ergo. vtrum baptiſmus heretico/
rum remittat peccata ⁊ conferat gratiam?
Et ſi ſic. tunc in hereticorꝫ eccleſia eſt ſpi
ritusſanctus. ⁊ ſic eccleſia hereticorꝫ eſſet
eccleſia dei. quod non eſt verum. quia ſpi/
ritusſanctus non intrat eccleſiā malignan
tium. Unde Oſee. xj. Ego dominus et
non homo ⁊ non ingredior ciuitatem ſci/
licet malignantiū ¶ Si non det tunc non
videtur verus baptiſmus. cuius eſt pecca
ta remittere ⁊ gratiam exhibere. ¶ Ad illō Soluit
dicitur. ꝙ heretici quando baptiſant par
uulos: faciunt eos filios dei. ſi baptiſent
recta intentione ⁊ debita forma. ⁊ tunc il/
lis remittitur culpa: ⁊ infundiꝛ̃ gratia. ⁊ ſi
decedant ante rationis vſum: heredes ſūt
regni. Si autem venerint ad vſum ratio/
nis ⁊ inuoluantur erroribus parentum ſu
orum. perdunt gratiam quam receperunt
¶ Secundo ꝙ quādo baptiſant adultos 2
hereſi infectos: verum tribuūt baptiſmū.
Unde tales tūc aut poſtea hereſim dimit
tentes non rebaptiſantur. ſed manuū im/
poſitione reconciliantur. per epiſcopum.

vt recipiant ſpiritumſanctū. qui non habi/
tabat cum eiſdem: quādiu in hereſi extite/
runt. ſicut hec habentur de conſecra. di/
ſtin.iiij. cap̄. ab antiqua patrum inſtituti/
one. ⁊ eſt Gregorius ad epiſcopos hyber/
3 nie. ¶ Tertio ꝙ talibus non facit baptiſ/
mus remiſſionem peccatorum: nec gratiā
miniſtrat. eo ꝙ ſint extra eccleſiam: ⁊ ficte
accedentes. Incipit autem eis valere: ſi
de hereſi reſipiſcant. ⁊ de veteri vita peni/
teant. de conſe. diſtin. iiij. cap̄. tunc valere
¶ Ad illud quod obijcit. ꝙ ſpiritusſanctuſ
non intrat eccleſiam hereticorum. hoc eſt
verum. ſed tamen intrat animas paruu/
lorum ab eis baptiſatorū. q2 illis non no/
cet perfidia parentū. vſq3 ad rationis vſu3
cui ſi ſe tunc confirmauerint. ꝑdunt grati/
am ⁊ ſpiritumſanctū. ¶ Hoc de toto quar/
to articulo: et de materia baptiſmi tota.
¶ Quibus premiſſis reſpondet

## Ad rōnes princi/
pales ¶ Ad primam ꝙ character ſit acqui
ſitus: poſt natiuitatem rei. ⁊ ꝙ eſt debilis:
vt in primo articulo dictum eſt: de poten
tia dei abſoluta ſed non de ordinata. quia
eſt ſignum ꝙ deus ſic expreſſit ꝙ ipſum de/
lere non diſpoſuit. ¶ Ad ſecunda3 ꝓbatio
Ad.2. nem ꝙ character ſit accidens. ⁊ ideo imp̄ſ/
ſum vt ſit ſignum cōfiguratiuū ⁊ diſtincti
uū. Et negetur ꝙ fruſtra. ¶ Et ad ꝓbatio/
1 nem dicit. ꝙ licet omēs res ſua eſſentia di/
ſtinguantur. tamen etiam ornamentis ſu/
peradditis diſtingui conſueuerunt illi: q̇
aliquem ſtatum magnum acceperunt. vt
2 conſanguinei vel cognati regum. ¶ Sic ⁊
chriſtus ſuis ſacramētis inſignitos: ſigno
dignitatis expreſſiuo ſolitus eſt inſignire:
vt per hoc oſtendat configurationem ad
voluntatem dei: ⁊ diſtinctionem ab his:
qui in ſuſceptionem ſacramenti deo non
Ↄfirmat paruerunt. ¶ Ad confirmationem neget
ꝙ omnia propter que character ponitur:
poſſunt ſine eo ſaluari: ſaltem eque bene.
¶ Ad probationem cum dicit. ꝙ ad illos
fines ſufficerent virtutes theologice. Re/
ſpondet negando. quia character impri/
mitur infidelib9 ficte ad ſacramentū acce/
dentibus. in quibus nulla iſtarum virtu/
tum reperitur. ⁊ ergo neceſſe eſt ponere in
eis characterem: tanq̄3 effectum relictum:
⁊ expreſſiuum ſuſceptionis facte de ſacra/
mento. alias nō haberent ſe aliter poſt ſa/
cramentum ſuſceptum q̄3 ante. ꝓut in ſe/
cunda parte primi articuli fuit argutum.
¶ Ad tertiam ꝙ character ſit donum ſpiri
tusſancti gratis datum. ⁊ cōſequenter di/
citur. ꝙ non omnia dona gratis data enu/
merantur ab apoſtolo. q2 multa ſunt alia
ſicut ſunt diuitie: honores ſigna honeſta/
tis ⁊c̄. licet ipſe enumeret principaliora.
¶ Ad quarta3 neget minor Et ad ꝓbatio Ad.4.
nem eius conceditur: ꝙ ficte accedenti cō/
ceditur donū ſupernaturale. quāuis mor/
taliter peccet: quo ſignatur inter aſcriptos
ſupremo regi. cuius ſignatum tamen non
conſequetur: quo ad gratiam: niſi penite/
at de peccatis ⁊ fictione. Neq3 mirum: q2
ſi non peniteat: erit character ſignum ex/
preſſiuum ſue debite condemnationis. q2
aſcriptus fuit inter familiares regis: ⁊ nō
ſeruiuit. potuit habere gratiam: ⁊ non di/
ſpoſuit. vnde ſentētia iuſta regis ex ſigno
quod accepit: eum amplius condemna/
bit. ¶ Ad quintam: pt3 ex dictis. ꝙ aucto/ Ad.5
ritas concordat characteri beati dyoniſij
de eccleſiaſtica hierarchia. ratio etiam co/
git: vt patuit in ꝓbatione cuiuſdam con/
cluſionis. ⁊ quare deberet eſſe character be
ſtie: ⁊ non dei. ¶ Ad hoc autem quod di/ 2
citur. ꝙ beatus Auguſtinus neget chara/
cterem. hoc negetur Et ad ꝓbationem qn̄
dicit: ꝙ ficte accedentes ad ſacramentum
non recipiunt rem. Dicatur ꝙ ipſe loqua/
tur de re ſtricte: ſc3 pro gratia gratum faci
ente. quam non recipiunt ſic accedendo.
¶ Ad ſecundam rationem principalem. ad.2.rō/
negetur antecedens. puta ꝙ baptiſm9 ma nē ꝑnci.
li miniſtri non conferat gratiam eo modo
quo ſacramenta noue legis conferunt gra
tiam. ¶ Ad probationem eius prima3 cō 1
ceditur maior: ad bonum intellectum. ⁊ er
go conceditur ꝙ mali non conferant vita3
quia mortui ſunt. ſed baptiſmus eoru3 vi
uus eſt: ob verbum vite ſibi accedens. ⁊ er
go poteſt viuificare. ¶ Vel poteſt dici. ꝙ
baptiſans nihil agat baptiſando: ad col/
lationem vite de per ſe. eo ꝙ vita conſiſtat
in gratia: quam ſolus deus dat: ſed ſolu3
exhibendo materiam: ⁊ eam applicando
debita intentione. ex cuius applicatione:
dominus promiſſo quod habet cum ec/
cleſia: aſſiſtendo ſacramento gratiam in/
fundit. ¶ Ad primam auctoritatum illa3
ſc3 Numeri. xix. quecunq3 tetigerit immū

dus:ſic vt eum imitentur in his in quibꝰ
immundus eſt:erunt immunda.modo ſic
Ad.1. non tangit eum quem baptiſat.¶Ad ſe/
cundam:Maledicam benedictionibus
veſtris ꝛc.Dicit ꝙ benedictiones ſacramē/
tales non ſint ſacerdotū:ſed chriſti.quia
ipſi ſunt eorū relatores:accipientes a chri
ſto vel ab eccleſia ꝛ referentes ea ad accipi
entem ſacramenta ſalutis.ꝛ ergo valet nō
eorum imprecatione:ſed chriſti cuius ſūt:
Ad.3. virtute ꝛ fide eccleſie.¶Ad tertiam illam.
ab immundo quis mundabitur:Dicit ꝙ
nullus:ſcilꝫ taliter vt a mundiciam confe
rente.Sic enim mūdat ipſe baptiſatus a
ſolo deo.ſed bene poteſt quis ab immun/
do mundari:tanꝙ a deferente ſigna mun
dationis quam facit dominus mundan/
do.Et ita facit miniſter malus.defert eñ
ſigna ieſu chriſti.dicendo formam ꝛ appli
cando materiam purificantis baptiſatū
Sicut laicus portat epiſcopo vel electo:
litteras confirmationis apoſtolice:in di/
gnitate illa qualem dignitatē tamen lai/
Ad.4. cus deferens nec habet:nec poteſt habere
¶Ad quartam Auguſtini ad Oroſium.
Dicit ꝙ non eſt ad propoſitum.quia mali
miniſtri ſeruantes debitam formam ꝛ ma
teriam cū recta intentione non baptiſant
foris eccleſiam.ſed infra eccleſiam quo ad
miniſterium.quia in fide eccleſie bapti/
ſant.Loquitur enim Auguſtinus ibidem de
his qui baptiſantur ab hereticis vel per in
2 debitam formam vel etiam ad ſue hereſis
imitationem.¶Ad ſecundam rationem p/
bantem antecedens dicit ꝙ ſicut materia
ꝛ forma debite requiruntur.ſic ꝛ miniſter de/
bitus.videlicet homo alius ab eo qui ba
ptiſatur.quia ſicut nemo ſeipſum generat
naturaliter:ita nec ſe regenerat ſacramen/
taliter.Non enim poteſt dyabolus bapti/
ſare.quia intentionem eccleſie nequit ha/
bere ſcꝫ ſalutis.ſed ſemper ſubuerſionis.
Eſt enim hoſtis ſalutis humani generis.
vnde ꝛ ſathan.id eſt aduerſarius dictus
eſt.Angelus autem bonus ſi faceret ſacra
mentum teneret.quia non niſi diuino iu/
dicio hoc exerceret.Unde negetur id quod
aſſumitur:ꝙ malus non ſit debitus mini/
ſter:ſaltem quo ad neceſſitatem ſacramen
ti.ſic enim non requiritur:ꝙ miniſter con/
ferens ſit moraliter bonus.¶Quod autē Au
guſtinus dicit.Juſtos oportet eſſe tanti iu
dicis miniſtros.Intelligit de congruitate

Congruum enim eſſet vt eſſent iuſti.non
autem neceſſarium.Sicut etiam congru
um eſt:vt materia baptiſmi ſit aqua mun
da.quāuis non ſit neceſſarium.¶Ad ter/ Ad.3.
tiam:ꝙ malus reſpectu ſui eſt miniſter de/
monis.quia mortaliter peccat miniſtran/
do ſacramenta tanti regis exiſtens immū
dus.ſed reſpectu baptiſati eſt miniſter dei
quia facit ea que ſunt miniſtri dei:ſacra/
menti adhibendo materiam ꝛ exprimen/
do formam.Nec hoc eſt inconueniens.qꝛ
tanta eſt dei bonitas:ꝙ etiam in bonum
vertit:res facientibus nociuas.¶Ad illō 2
Nō poteſtis deo ſeruire ꝛ mammone.intel
ligitur.reſpectu ſalutis proprie conſequen
de.ꝛ ideo non eſt contra dicta.¶Ad quar Ad.4.
tam ꝙ tempore Cypriani non erat deter/
minatum per eccleſiam.vnde ſine peccato
mortali in odium hereticorum tenuit opi
nionem que falſa eſt:credendo eam eſſe ve
ram.ſed nunc determinatū eſt.ergo nunc
ſic dicere ſicut dixit Cyprianus:vel aſſere/
re eſſet mortale peccatum.Nec Cyprianꝰ
pertinaciter tenuit.quin potius ſi aliud de
terminatum fuiſſet per eccleſiam:illi ſe hu
militer conformaſſet.¶Ad quintam:cum Ad.5.
dicit ꝙ malus a deo non exaudit per gre/
gorium.poteſt dici ꝙ iſtud eſt verum pro
ſe ſalubriter.quia dicit propheta.Iniqui
tatem ſi aſpexi in corde meo non exaudiet
dominus.¶Secundo nec pro alijs:quo 2
ad orationes vim ſuam habentes ex par/
te ſupplicantis.quia ſicut non ſibi:ſic nec
alijs ſue valent orationes:quantum eſt ex
parte ſui.¶Tertio ꝙ malus in cathechiſmo 3
ꝛ exorciſmo a domino exauditur per orati
ones quas facit pro baptiſando.quia ſor
tiuntur ſuum effectum:ex merito chriſti:ꝛ
fide eccleſie inſtituentis domino principa
liter pro ſua eccleſia faciente quod per eas
exprimitur.Recitat enim malꝰ verba chri
ſti ꝛ eccleſie.ꝛ obtinuit chriſtus:vt exaudi
retur in illis ad ſalutem alterius.¶Aucto 4
ritas Gregorij vult:ꝙ deus non exaudit Dubiū.
malum:in caſibus duobus primis.¶Sed
dicetur.ex quo equaliter confertur per ma/
lum miniſtrum ſicut per bonum:nunquid
ſine peccato poteſt peti ꝛ recipi baptiſmꝰ
a malo miniſtro?Reſpondetur ꝙ vel mini/ Solutio
ſtri malicia eſt tanta:ꝙ ipſe eſt ab eccleſia
preciſus:per ſententiam excomunicatōis
ab homine latam.Aut non eſt preciſus?
Si primo modo.hoc eſt dupliciter:puta 1

quia vel baptiſandus eſt conſtitutus in
2 mortis articulo vel non? Si primo modo
puta in neceſſitatis articulo. vel ergo tunc
poteſt habere alium vel nõ? Si poſſit ha
bere alium: vel non ſit in neceſſitatis arti/
culo conſtitutus. tunc videt̃: ꝙ ſi baptiſet̃
ab eo quẽ ſcit excõmunicatũ publice: mor/
taliter peccare. quia cõmunicare excõmu/
nicato in actibus ſacramentalibus: ſeclu/
ſa neceſſitate excuſante eſt mortaliter pec/
3 care. Si autem eſt in extremo periculo cõ/
ſtitutus: ⁊ non poſſit haberi alius. tunc cõ
muniter dicit̃ ꝙ ſine peccato poſſit baptiſa
ri ab excõmunicato. Quam ſniam videt̃
ſentire beatus Auguſtinꝰ. libro. vj. de ba/
ptiſmo contra donatiſtas: quia tali caſu
poſito: poteſt quis licite baptiſari a paga/
4 no. de conſe. diſtin. iiij. cap. Romanꝰ. Si
autem non ſit preciſus ab eccleſia: eſt tamẽ
malus malicia mortalis peccati. vel ergo
huiuſmodi peccatum eſt ſecretũ. ſic ꝙ ſcan
dalum populo non induxit. tunc ſi bapti
ſandus eſt ſubditus eius: non debet eum
vitare. quia pro peccato ſecreto nullus de
bet in actibus publicis vitare proximum
ſuum. ⁊ ꝑ cõſequens nec ſuperiorem ſuũ.
5 Si ỽo fuerit publicum. adhuc non pec/
cat homo: petẽdo ꝑ ſe vel pro paruulo ba
ptiſmũ ab eo: ſi ſit ſuus ſuperior. et etiam
non peccat recipiendo ab eodem. non eñ
peccat homo in eo quod debitum petit: ab
eo qui tenetur q̃diu eum ſuſtinet eccleſia
in eo ſtatu miniſterij. modo ſacerdos vel
ſubditus eius vicarius tenet̃ ſibi ſubditis
ſeu cõmiſſis de eccleſiaſticis ſacramentis:
quouſq; fuerit ꝓhibitus vtiliter prouide/
re. ¶ Sed contra opinionẽ primã: eſt vna
alia opinio. ponens ꝙ in nullo caſu poſſit
quis ſine mortali peccato ſuſcipere ſacra/
mentum baptiſmi vel aliud: ab eo quem
ſcit preciſum ab eccleſia propter preceptũ
eccleſie prohibentis ſibi cõmunicari: ⁊ ma
xime in actibus ſacramẽtalibus. vnde di/
cunt ꝙ ſi ſit adultus potius debet mori ſi/
ne baptiſmo fluminis: ac ſi nullus eſſ; pre
ſens: ⁊ conſequet̃ baptiſmũ ſpiritusſancti
ad ſalutem. ex quo libenter baptiſaretur ſi
poſſet habere perſonam idoneam non pre
arguit.2 ciſam ab eccleſia. ¶ Secundo pro illo ar/
guit̃ ſic. nullus ſine mortali peccato poteſt
conſentire in alterius mortale peccatum.
ſed recipiens a preciſo ſacramentum ba/
ptiſmi conſentit in eius mortale peccatuʒ
igit̃. Patet maior ꝑ regulam Juris. Con/
ſentientes ⁊ facientes pari pena puniunt̃.
Patʒ minor. q2 preciſus ingerendo ſe acti/
bus ſacramentalibus mortaliter peccat.
eo ꝙ agit contra preceptum. ⁊ ideo qui re/
cipit vel petit ab eo baptiſmuʒ: conſentit
in eius mortale peccatum. ¶ Credo ꝙ pri/ Conclu
ma opinio ſit tutior. tum quia mandatuʒ
dei eſt: de recipiendo baptiſmũ ⁊ de dan/
do tempore neceſſitatis. qđ precedit man
datum eccleſie. tum etiam q2 eccleſia ſem/
per pia mater huiuſmodi neceſſitatẽ ſeclu
dit. Tunc autẽ talis debet baptiſare ſim
pliciter ſine ſolennitate. Immo excõmuni
catus tenet̃ in illo caſu illum neccitatũ ba/
ptiſare ſub pena noui peccati mortalis. ſi
cut preſbyter excõmunicatus horas ſuas
legere. Nec omnis cõmunicatõ cum excõ
municato eſt mortalis. Nam ⁊ ſi neceſſita
te cogente aliquis cum eo cõmederet: alr̃ Ad for.
ex fame defecturus non peccaret. ¶ Et er/
go ad formaʒ rõnis dicit̃. ꝙ eccleſia in pre
ceptis ſuis ſecludit ſemper neceſſitatem.
Item ſi non adhuc preceptum dei prece/
deret. ¶ Ad ſecundã ꝙ excõmunicatꝰ non
peccat: tempore neceſſitatis adminiſtran
do baptiſmũ ſine ſolennitate. ſicut eñ nõ
peccaret liberãdo hominem a morte tem/
porali: ita nec a morte eterna. cum aliter fi
eri non poſſit. immo facit actum bonum: lʒ
cet nõ meritorie ſi ſit extra charitatẽ. ¶ Cõ/ arguit.1
tra ſecundam partem ꝙ poſſit peti ⁊ ſumi
baptiſmus: a notorie malo ſuperiori. po/
teſt argui auctoritate beati Ambroſij. qui
libro de initiandis rudibus de malis mi/
niſtris dicit. Qui faciunt ⁊ quibus faciũt
nihil eis prodeſt. ſed ad iudicium eis eſt.
¶ Secũdo. quia ſi ſacerdos qui fuerit pu/ arguit.2
blicus peccator: teneret̃ miniſtrare baptiſ/
mũ: requiſitus ſup hoc tunc poſſet eſſe per
plexus. cuius tñ falſitas videt̃. eo ꝙ non vi
det̃ aliquis neceſſitatus ad peccatũ mor/
tale. Et patet cõſequentia. quia ſi tenetur
facere. tunc non faciendo mortaliter pec/
cat. ⁊ ſi faciat: cum ſit peccator publicꝰ: im
miſcendo ſe ſacramẽtis nouo peccato mor/
tali peccat. ¶ Reſpondet̃ ad primũ. q2 au Ad.1
ctoritas Ambroſij loquit̃ de his qui ab he
reticis baptiſant̃ ⁊ extra formam eccleſie.
ſcʒ ea intentione vt ſint eorum in hereſi ſe
ctatores ¶ Ad ſecundum ꝙ talis poteſt pe Ad.2
nitere: ⁊ petere domini miſcđiam. ⁊ tũc ba
ptiſare: contritus cum ꝓpoſito dimitten/

di peccata. quod ſi non poſſit ita breuiter
tunc ex ſua culpa eſt perplexus. quod mul
ti non reputant pro inconuenienti. Verũ
eſt tamen. ꝙ nullus debet petere: baptiſ/
mũ vel accipere de eo quem ſcit eſſe publi
cum peccatorem: qui non eſt eius ſuperior
ſecluſa neceſſitate. quia ſi contrariũ faciat:
Ad.1.q̃ſitum. mortalr̃ peccat. ¶ Ad rões factas cõtra q̃
ſitum. Ad primã negetur antecedẽs. ꝙ vi/
delicet paruuli non ſint cathecisandi. Ad
pbationem conceditur ꝙ non ſint doctri/
ne capaces. ſed quia ſunt ad futuram do/
ctrinam fidei per alium obligabiles ideo
hoc fit per cathecismũ. ¶ Item q2 ſic fide
eccleſie ab originali mundantr̃: ita etiam
oportet ꝙ per alium hanc fidem profiteã/
tur: ⁊ ꝙ ad eius obſeruationẽ ⁊ acquiſitio/
nem aliena confeſſione aſtringantur. ⁊ ideo
Ad.2. non fruſtra ſed vtiliter cathecisantr̃. ¶ Ad
ſecundã negetur antecedens: ꝙ ſit exorci/
ſandus. Et ad pbationem: negetur minor
ꝙ exorciſmus nullius eſt virtutis. Et ad p
bationem dicitur: ꝙ exorciſmus vtilis ſit
ad cohibendũ demones in adultis ne ſug
gerendo retrahant. ⁊ in paruulis ne corpo
raliter eos ledant vel offendant: citra ſu/
2 ſceptum ſacramentum. ¶ Ad ſecundam p/
bationem ꝙ non oportet ſemp per exorciſ/
mũ demonem expelli. ſed ſufficit demonẽ
p eum a nocumento coherceri: q̃ poſtea p
baptiſmũ ſpũaliter h3 expelli. ¶ Ad rões
poſt oppoſitum p ſuppoſito ⁊ queſito illę
conceduntr̃. q2 ſunt pro dictis.

Onſequen ter queritur quinto: circa ſa/
cramentum confirmatio/
nis. Utrũ ſic ↄfirmatõnis
ſacramẽtũ eſt a xpo inſtitu
tum: ſic neceſſitatis tempore miniſtrari va
leat per quemlibet pſbyterum? Que que
ſtio vnum ſupponit. ſ. ꝙ ſit ſacramentum a
chriſto inſtitutum. ¶ Contra quod arguitr̃
ſic. Confirmatio non dat gratiã. ergo non
eſt ſacramentum a chriſto inſtitutũ: conſe
quentia tenet. q2 omnia ſacramẽta a xpo
inſtituta ſunt ſacramenta noue legis. ⁊ ex
ↄñti efficiunt qđ figurant. ⁊ ſic dãt gratiã
qđ eſt oppoſitũ antecedentis. Añs pbatr̃.
q2 ſi daret gratiã. vł illa eſſet neceſſaria ad
ſalutem: ⁊ hoc non. q2 gratia baptiſmalis
ſufficit Marci vltimo. Qui crediderit et
baptiſatus fuerit: ſaluus erit. vel non eſſ3
neceſſaria pro ſalute? contra de conſe. diſ.
v. dicitr̃. ꝙ omnes fideles p manus impoſi
tiones epiſcoporum ſpiritũſanctũ poſt baptiſ
mũ debent accipere: vt pleni chriſtiani in
ueniantur. cap. omnes fideles. ergo ſi ſine
ea non ſit homo plene chriſtian⁹: tũc gra/
tia cõfirmationis erit neceſſaria p ſalute.
¶ Secundo pbatr̃ antecedẽs. q2 ſi dat gra pbatr̃.2.
tiam: vel accedenti digne: ⁊ hoc non. q2 il/
le iam h3 gratiam. mõ baptiſm⁹ non dat
gratiam ei qui eã ante recepit: vt dicit ma
giſter diſtin. iiij. ergo nec confirmatio dat
gratiã ei qui eam actu habet. pbatr̃ ↄñtia.
quia efficaci⁹ ſacramentũ eſt baptiſm⁹: de/
lens penã ⁊ culpã q̃ cõfirmatio. vel daret
eam indigne accedenti: ⁊ hoc non. q2 ille
peccat mortaliter: q2 irreuerentiã exhibet
ſacramento. ¶ Tertio q2 vel eſſet eadẽ gra pbatr̃.3.
tia cũ grã baptiſmali: vel alia. nõ eadẽ. q2
grã baptiſmalis diu fuit habita ante con
firmationẽ. mõ qđ habetr̃ ampli⁹ non datr̃
Et ſi eſſet eadem gratia: tunc ſupflueret cõ
firmatio. q2 eius effectus tot⁹ ante habere
tur. Nec etiã eſt alia. q2 in eadem anima
deo grata nõ videtr̃ eſſe niſi vna gratia gra
tumfaciens. cum ples forme ſolo numero
differentes nõ poſſint eſſe in eodem ſubie arguitr̃
cto. ¶ Secundo principalr̃ arguitr̃ ſic. nuſ/
quã ex euangelio legitr̃ ſacramentũ ↄfirma
tionis a xpo inſtitutũ. g̃. illa ↄña nota eſt.
Añs pbatr̃ q2 ſi alicubi haberetr̃ ex euange
lio: hoc maxime eſſet Mathei. xix. vbi do
min⁹ impoſuit man⁹ puulis. mõ in h̃ non
videtr̃ eos confirmaſſe. igitr̃. p3 maior. q2 ex
nullo alio clari⁹ videtr̃ haberi. ⁊ p3 minor
quia de illis non legitur: ꝙ eſſent baptiſa/
ti. modo confirmatio non datur niſi ba/
ptiſatis. de conſe. diſtin. v. cap. omnes fide
les. ¶ Item non legitur ꝙ Chriſtus adhi/ 2
buerit chriſma. quod tamen eſt materia
huius ſacramenti. ¶ Secundo queritur que
ſtio. Utrum hoc ſacramentũ tempore ne/
ceſſitatis miniſtrari valeat per quemlibet
preſbyterum? ¶ Pro cuius parte affirma/ p affir. p te q̃nti.
tiua arguitur ſic. q̃libet poteſt baptiſare.
igitr̃ quilibet poteſt cõfirmare. ↄña nota vi
detr̃: ex eo ꝙ baptiſm⁹ eſt ſacramẽtũ maiorꝫ
efficacie q̃ confirmatio. cũ deleat omnem
culpam ⁊ omnem penam. quod non facit
confirmatio. Antecedens eſt antedictum

arguit 2 ¶Secundo malus epiſcopus poteſt. er/go ⁊ bonus preſbyter. ꝓbat̄ cōſequentia. quia ī naturalib⁹ videm⁹: ꝙ vbi res eſt ibi operat̄. non vbi debet eſſe ⁊ non eſt. modo in preſbytero bono eſt ſpūſſanctus. ergo ꝑ eum magis operabitur gratiā ſi alicui ma num imponat: q̄ȝ per epiſcopū malum vbi ſpirituſſanctus non eſt. q̄ȝuis in eo eſſe de/beret. Antecedens ſupponit̄.
arguit 3 ¶Tertio ſic. Simplex ſacerdos poteſt inungere chriſ/mate. ⁊ ſic dare ſpiritumſanctū vt miniſter ergo poteſt confirmare. tenet cōſequentia. q2 quando hoc fieret in fronte chriſmate: ⁊ ſpūſſancti receptione: hoc eſſet confirma tio. Antecedens pꝫ. quia poſt baptiſmū: ſimplex ſacerdos inungit baptiſatū in ver tice. Et ꝙ ibi det ſpiritūſanctū. pꝫ. q2 al's fruſtra inūgeret: ſi corporalis inunctio mē/talem gratiam recipiendam non exprime ret.
arguit 4 ¶Quarto quia ſi ſolus epiſcopus po/teſt. vel hoc eſt ꝑpter ordinem: vel iuriſdi ctionem. Nullo modoꝝ. ergo. pꝫ maior: a ſufficienti diuiſione. ꝓbat̄ minor. q2 ſi ꝑ pter ordinem: cum preſbyter habeat eoſ/dem ordines: quilibet preſbyter poterit. Si ꝑpter iuriſdictioneȝ. tunc electus non conſecratus poſſet. quia iuriſdictioneȝ ha bet.
ꝓ ſuppoſito. ¶Sed ꝓ ſuppoſito primo ꝙ ſit ſacra/mentum: pꝫ ꝑ magiſtrū in littera diſ. vij. in principio. ⁊ de conſe. diſtin. v. ca. de his ꝙo ſunt. vbi nominat̄ ſacramentum. ⁊ al's non eſſent ſeptem.
2 ¶Sed ꝙ a chriſto fue/rit inſtitutum: pꝫ. quia eſt ſacramentum noue legis. ⁊ omnia huiuſmodi videntur a chriſto inſtituta. Recte ſicut omnia ſacra/menta veteris legis a moyſe que ante non fuerāt data: propter circumciſionē. ¶Sȝ pro parte negatiua queſiti: eſt auctoritas magiſtri diſ. vij. cap. ij. dicentis. ꝙ a ſolis ſummis ſacerdotibus poteſt conferri. ⁊ de conſe. diſtin. v. manus quoqȝ impoſitiōis dicitur. ꝙ non poſſit perfici ab alijs q̄ȝ a ſū mis ſacerdotibus.

dicēdo/rū diſti. **In hac queſtione** erunt quattuor articuli. Prim⁹ erit. vtrū im poſitio mannum ſit ſacramentum. ⁊ que ſint eius materia ⁊ forma. Secundus. an ſit a chriſto inſtitutum. ⁊ vbi hoc elicitur ex ſcriptura. Tertius que ſit pro eius mini ſtratiōe pſona idonea. Et quarto que ſint circa ipſum. aliqua mouebunt̄ dubia.

**Quantum ad pri**mū eſt notandū. ꝙ ſacramentum cōfirma tionis antiquitus vocabatur impoſitiōis manuum. eo ꝙ per manuū impoſitionem dabatur. ⁊ hoc dicit Hugo de ſancto vict. libro. ij. de ſacra. parte ſeptima cap. ij. Cō/firmatio que viſitato nomine manus im/poſitio dicitur. ¶Quo premiſſo eſt conclu ſio reſponſalis hec. ꝙ vnum eſt ſacramen/tum noue legis: quod eſt ſacramentum cō firmationis: ſiue alio nomine impoſitio/nis manuum. Cōclūo.
¶Hec concluſio patet per Euſebium papam: dicentem. de conſe. di ſtin. xj. cap. manus quoqȝ impoſitionis ſa cramentum magna veneratione tenendū eſt. quod ab alio perfici non poteſt: niſi a ſummis pontificibus. 1
¶Ideȝ dicit Mel chiades papa in eadem diſtin. cap. de his vero. vbi dicit. Scitote ꝙ vtrūqȝ magnū eſt ſacramentum. Ideo dicit magiſter in littera. ⁊ adducit ad hoc auctoritateȝ Ra bani libro primo de inſtitutione clericorū ⁊ habetur de conſe. diſtin. v. cap. ſpirituſ/ſanctus. vbi dicit ꝙ in hac confirmatione datur ſpirituſſanctus ad plenitudinem. quaſi diceret. ꝙ eſt ſpūſſanctus collatiuus peramplius ⁊ perfectius q̄ȝ in baptiſmate datus eſt. 2
¶Probatur etiam ratione ſic. Quandocunqȝ aliq̄d ſeruat̄ circa pſonas eccleſie: generaliter ad finē ꝑpriū deputa/tum: diſtinctū contra fines alioꝝ ſacramē torum. hoc nō ſolum eſt ſacramentale: ſed etiam ſacramentū. Et ꝯfirmatō eſt hmōi igit̄. 3
¶Patet maior. q2 ſi eſſet ſolū ſacramē tale: tunc ad finē alicui⁹ aliorum ſacramē toꝝ eſſet inſtitutū. ſicut cathecīſm⁹ ⁊ exor/ciſmus ad baptiſmū. ¶Patȝ minor. q2 vt allegatū eſt de con. diſ. v. hoc ſacramentū debet omībus poſt baptiſmū exhiberi. et ergo ſic ad oēs pſonas eſt inſtitutū. ¶Sȝ ꝙ ad finem ꝑprium pꝫ. q2 q̄d ꝓdeſſet ad alioꝝ ſacramentoꝝ effectū. baptiſmi ei ef/fectus preceſſit. ⁊ ad aliorū ſacramentorū exhibitionem non habet tantā connexio/nem: ſicut cū baptiſmo. vt pꝫ de con. diſ. iiij. in dicto cap. de his ꝙo. vbi dicit̄. ꝙ ita cōiūcta ſint iſta duo ſacramēta. ſ. baptiſmi ⁊ confirmationis. vt abinuicem niſi mor/te preueniente non poſſint ſegregari. ¶Et patet concluſio etiam ex definitione ſacra menti. quia cum in confirmatione datur

ſpiritusſanctus: ad plenitudinem gratie.
vt dicit magiſter in littera auctoritate Ra
bani.patet ꝙ ſit viſibile ſignum inuiſibi/
ꝓbat. 5. lis gratie.⁊ ergo ſacramentum.¶Item cū
in baptiſmo quis aſcribitur chriſti militie
⁊ in confirmatione conſtituit̄ dux fidei eiꝰ
⁊ pugil pugne.vt vult Rabanus libro pri
mo de inſtitutione clericorum.cap̄.iij.quē
adducit magiſter in littera.lib.iiij.diſtin.
vij.dicit enim Rabanus. A ſummo ſacer
dote per impoſitionem manus paracletꝰ
traditur baptiſato: vt roboretur per ſpiri/
tumſanctu3:ad predicandum alijs: illud
quod ipſe conſecutꝰ eſt in baptiſmo. Qđ
etiam habetur de conſecra.diſtin.v.cap̄.
nouiſſime.⁊ ſic patet.ꝙ eiꝰ eſt diuerſus fi/
nis:⁊ penitus diſtinctus a finibus alio/
rum ſacramentoru3.¶Hoc de prima par
2ps ar.i te huius articuli.¶Quo ad ſecundam ꝑ/
tem dicendum eſt.ꝙ materia huius ſacra
menti qua vtitur eccleſia: eſt chriſma con/
ſecratum ab epiſcopo.ex oleo oliue ⁊ bal/
ſamo.ſicut hoc habetur de conſecra. diſti.
materia v.in dicto cap̄.nouiſſime.Ea autem con/
firmatio hac materia confertur.quia ole/
um gratiam exprimit:quā hoc ſacramen/
tum ad copiam tribuit. vel quia materia
ignis exiſtit:⁊ ſpiritusſanctus in igne datꝰ
2 eſt.Balſamus autem a putrefactione pre
ſeruat.⁊ hoc ſacramentum ab infectiōe in
fidelium ſecuru3 eſſe preſtat.quia ſpirituſ
ſanctus ad robur datus ab ea preſeruat.
forma. ¶Sed quo ad formam dicit epiſcopus.
Conſigno te ſigno crucis ⁊ ꝯfirmo te chriſ
1 mate ſalutis.¶Dicit conſigno te. In quo
ponit actum et perſonam.quia ſignu3 ba
ptiſmatis iam recepit.quaſi dicat.ad pri/
mū ſignum quod accepiſti. aliud ſignum
tibi adiungo.Et bene.quia prius remiſſi
onem criminum primo ſigno recepit. ſed
hoc ſecundo ſigno inſtituitur: vt fidei pro
pugnator ſit. vnde de conſecra.diſtinc̄.v.
cap̄.ſpiritusſanctus.dicit̄ ſic. Regeneratio
per ſe ſoluat.mox in pace beati ſeculi reci/
piendos.Confirmatō armat ⁊ inſtruit ad
2 agones mundi huius: ⁊ ad prelia reſeruā/
dos.¶Dicit ſigno crucis.q2 ex morte chri
ſti in cruce omnia ſacramenta ſuum ha/
bent vigorem. Unde ⁊ omnia ſigno cru/
cis perfici debent.de conſe.diſtin.v.capi.
nunquid.vbi dicit̄ ſic. nunquid non om/
5 nia chriſmata ſacerdotalis myſterij: cru/
cis figura perficiuntur ⁊c̄.¶Et ſequitur cō
firmo.iterum actus. te chriſmate ſalutis.
in quo ponit materiam. quaſi di. Ego te
confirmo chriſmate ſalutis:quo victor po
teris eſſe: ⁊ ſaluus contra contrarias pote/
ſtates.¶Sed eſt dubiu3.an hec materia
ſit neceſſaria? Et videret̄ ꝙ non.quia chri/
ſtus non videt̄ hac materia vſus. ſed ſolū
manus impoſitione. Immo nec alicubi ꝓ
cepiſſe: ꝙ fieret in hac materia.igitur non
videt̄ neceſſaria hec materia.cōſequentia
tenet.quia omnia ſacramenta vident̄ ha/
bere virtutem: ex dominica inſtitutione.
antecedens pt3. Mathei.xix.¶Secun/
do.quia ad plenitudinem ſpiritus conſe/
quendam non videt̄ requiri materia: igit̄
nec in confirmatione.conſequentia tenet.
quia eſt ſacramentū plenitudinis ſpiritꝰ.
anteccedens pt3.quia Actuū.ij.ſcribitur. ꝯfirmat̄
ꝙ die penthecoſtes repleti ſunt apoſtoli
ſpirituſancto: ⁊ non aderat materia.¶Et
confirmat̄.quia actuū.viij.legit̄ ꝙ apoſto/ arguit̄.3
li imponebāt manꝰ.⁊ nō legit̄ de aliq̄ ma
teria ğ videt̄: ꝙ mat̄ia nō ſit nec̄caria.¶Ter
tio quare non eque bene eſt de oleo nucu3
vel papaueris:cum oleum non minus fi/
at ex illis: q̄3 ex oliuis.¶Quarto de forma
Non videt̄: ꝙ ſit neceſſaria.q2 chriſtus nō
legit̄ ea vſus: vt ante argutū eſt de materia
¶Secūdo.q2 dicit Holkot. ꝙ q̇dam ha/
bent aliam formā.ſ.vbi hec habet. conſi/
gno.dicūt: ſigno.vbi hec habet: chriſma/ No.opi
te ſalutis.dicunt alij: chriſmate ſanctifica niones.
tionis.¶De primo dicit petrus Aureoli.
controuerſiam eſſe inter theologos ⁊ Iu/
riſtas.Dicunt em̄ canoniſte. ꝙ non ſit de
neceſſitate huius ſacramēti chriſma. pro/
bant.q2 papa poſſet diſpēſare: ꝙ fieret in
alia materia.quod non poſſet.ſi eſſet chriſ
ma de neceſſitate huius ſacramenti. igit̄.
Patet maior:q2 materia huiꝰ ſacramenti
nō fuit expreſſa a chriſto:ſ3 ab eccleſia po
ſtea inſtituta.⁊ iō ſicut tunc ita ⁊ nunc pa
pa ſup eam habet auctatem. Minor pa/
tet. q2 eccleſia eſſentialia ſacramentoꝝ nō
poteſt immutare.cum non habeat pote/
ſtatem ſup legiſlatorem.¶Theologi di/
cunt cōtrariū. ꝙ hec materia ſit neceſſaria
Quas opiniones nititur quidam ſic con
cordare.ꝙ chriſma nō ſit de neceſſitate hu
ius ſacramenti: ſine quo non poſſit eſſe.ſic
ſcilicet.ꝙ ſi dimitteretur totum eſſet reite/
randum ſicut ſi baptiſmus non cōferretur
in aqua elementari: totus eſſet reiterandꝰ

Sit tamen de neceſſitate quo ad comple
tum eſſe.quia ſi dicerent̄ primitus verba:
Soluit ſufficeret.ꝙ poſt fieret ſignatio. ¶ Breui/
ter.videtur mihi cum theologis ꝙ de ne/
ceſſitate huius ſacramenti tempore mo/
derno ſit materia chriſmatis.¶ Ratio eſt.
quia ita videt̄ inſtitutum ab apoſtolis.et
ab eis ad nos deueniſſe:ſpūſancto ita do
cente.¶ Uel ſm aliam opinionē: ꝙ chriſt⁹
hanc materiā ⁊ formā per ſeipſum inſtitu
erit.ſicut aduentum ſpūſancti p ſe promi
ſit.Sed denunciandā apoſtolis dereliq̄t
tunc: quando vſus ſacramenti compete/
ret.ſcȝ pōſt plenam ſpūſancti miſſionem.
vnde cum non liceat eccleſie mutare domi
ni ſacramenta:non licebit ei:in hoc ſacra/
ꝯfirmat mento hac non vti materia. ¶ Quod con
firmat̄ auctoritate beati dyoniſij.iiij. cap.
eccleſiaſtice hierarchie in ꝑncipio.vbi di/
cit.ꝙ eſt quedam ꝑfectiua operatio: quaȝ
duces noſtri quos apoſtolos nominant:
chriſmatis hoſtiam nominant. Et intelli
git p hoſtiam cōmuniter omnem ritum ſa
Q̄ ad formam cramenti. ¶ Secundo dicit̄.ꝙ hec forma
ſit neceſſaria vel ei ſimilis in effectu.patȝ.
quia ſine verbo vocali non confertur ali/
quod ſacramentum.⁊ hoc verbum eſt di/
cta forma in confirmatione vel ei equipol
lens.¶ Ad rationes in contrariū.¶ Ad pri
Ad 1.ꝯ. mam ꝙ plenitudo ſpiritus danda in con/
firmatione:non erat danda ante Chriſti
aſcenſionem.Juxta illud Johannis. vij.
nondum erat ſpūs datus.quia nondum
erat chriſtus glorificatus: ⁊ ideo chriſtus
licet ſpiritūſanctū dederit.tamen plenitu
dinem vſq̄ȝ poſt glorificationem non con
2 tulit.⁊ ideo hac forma vſus nō fuit.¶ Uel
melius: ꝙ etiam ſi paruulos quibus ma/
nus impoſuit. veraciter confirmauit. ta/
men virtutem ſuam ſacramentis eccleſie
non alligauit. vnde nō neceſſe fuit. vt hāc
exprimeret formam. vbi ſuperpōſuit ma/
3 num diuinitate plenam.¶ Uel tertio. ſi/
cut dictum eſt: ꝙ chriſtus per ſe illam for/
mam inſtituit. ſed apoſtolis poſt miſſio/
nem ſpiritus ad plenitudinem publican/
dam dereliquit.¶ Et hec ponit etiam ſan
ctus Thomas.diſtinc.ſeptima. q̄ōne.ij.
in ſolutione primi argumenti articuli pri/
Nota mi.¶ Nec valet argumentū. hoc non legi
tur.ergo chriſtus hoc non fecit.quia vt ha
betur Johannis vltimo. multa alia fecit
ſigna in conſpectu diſcipulorȝ: que non

ſunt ſcripta.vnde nec ſymbolum apoſto/
lorum in canone reperit̄ ſcriptum. non ta/
men negandum eſt:quin magiſtro ſpūſan
cto fuerit inſtitutum. ¶ Ad ſecundam. ꝙ Ad.2.
de lege dei abſoluta verum eſt antecedēs.
ſed de ordinata in ſacramento dationis
plenitudinis ſpiritus.requirit̄ materia p̄/
dicta.¶ Ad probationē antecedentis di/
cit̄.ꝙ ſicut ſacramentum baptiſmatis in/
cepit in chriſto baptiſato:ita confirmatio
nis ſpirituſancto veniēte in apoſtolos de
celo.Et quia principia rerum debent eſſe
notiſſima.ideo vtrobiq̄ȝ apparuit ſpiritus
ſanctus in viſibili ſigno:ſcȝ in baptiſmo in
ſpecie columbe ⁊ in confirmatione apoſto
lorum in linguis igneis. vnde fruſtra ibi
alia affuiſſet materia: in qua.ſ.ſecreti⁹ agit
ſalutem. vbi per expreſſum indicium: ſuū
docuit aduentum.¶ Ad confirmatōnem ꝯfirmat
dicit ſanctus Thomas loco predicto. ꝙ
apoſtoli vtebant̄ materia:niſi quando ſpi
rituſſanct⁹ viſibilibus ſignis in eos q̄bus
imponebant manus: deſcendit. Et hoc
paret ex auctoritate beati dyoniſij predi/
cta.¶ Ad tertiam.ꝙ oleum oliue magis p Ad.3.
prie ſignat ⁊ exprimit gratiam ſpirituſſan/
cti.tum quia verius oleum.tum q̄ȝ ſplen/
didius.cum etiam quia oliua perpetuȝ
ſeruat virorem.⁊ ex hoc euidentius expri/
mit ſanctiſpiritus vigorem.¶ Ad quartā. Ad.4.
ꝙ ille forme alie ſunt euiſdem ſenſus fere
cum forma predicta. ⁊ ergo eundem exhi/
bent effectum.quāuis forte tutius eſſet p
epiſcopo confirmante.ꝙ haberet ante di/
ctam formā. Hoc de primo articulo.

## Quantū ad ſecun

dum.Utrum fuerit hoc ſacramentū a do
mino noſtro inſtitutū? Sciendū eſt:ꝙ de
hoc vt dicit ſanctus Thomas diſtin. vij
q̄ōne prima in ſolutione ꝑmi argumenti:
ad articulum primuȝ fuit triplex opinio. 1
¶ Prima fuit quorundam dicentiuȝ.hoc
ſacramentū nec a domino nec ab apoſto/
lis eſſe inſtitutum. ſed a quodaȝ concilio
Et dicit Johannes baccho.ꝙ in concilio
aureleaneñ. fuerit inſtitutum ab eccleſia.
¶ Secundi dicunt ꝙ non fuerit a chriſto: 2
ſed ab apoſtolis inſtitutuȝ.¶ Tertij dicūt 3
ꝙ inſtitutum fuerit a chriſto.¶ Quib⁹ pre
miſſis eſt ꝑma concluſio hec. Nō videtur
rōnabile ꝙ hui⁹ ſacramēti inſtitutō ꝑmeus

fuerit ab eccleſia. Probaťſic. quia qđ nō
hʒ inſtituere vel mutare ſacramēta: ſʒ ſo/
lum inſtitutis vti: non inſtituit ſacramen
tum confirmatiōis. modo eccleſia eſt hu/
iuſmodi. igiť. Patʒ maioꝛ de ſe. Et minoꝛ
patet. quia cū ſacramenta ſint fundamen
ta legis: quoꝛum pꝛelati eccleſie ſunt mini
ſtri: eoꝛum non eſt ea inſtituere: neqꝫ mu/
tare. ſed vt ſupedificati habent ea pꝛeſup
ꝯfirmať ponere. ¶ Et confirmať. quia ſi eccleſia in/
ſtituiſſet ſacramentū confirmationis. eo/
dem modo poſſet inſtituere aliquod aliđ
⁊ deſtituere aliquod ex his que ſunt. ⁊ ſic
nō eſſet fundamentum fidei ſolidum. qꝛ
eſſet variabile iuxta decreta eccleſie. quod
non videtur verum. qꝛ vt dicit aplˀus ad
Gal. ꝑmo. Fundamentū aliud nemo po/
Cōclo.2 teſt ponere: ꝑter id quod poſitū eſt. ¶ Se/
cunda cōcluſio. ꝙ nec huiuſmodi pꝛime/
ua inſtitutio: debet attribui apoſtolis. ꝓ/
baťſic ex dictis beati Thome. quia apo/
ſtoli habebant pꝛeſuppōnere omnia ſacra
menta. ergo ⁊c. cōſequentia nota eſt. quia
quod habebant ꝑſupponere non inſtitu/
erunt. Antecedens ptʒ. quia cum eſſent le
gis euangelice baſes ⁊ ꝓmulgatoꝛes: ma/
nifeſte pꝛeſuppoſuerunt fundamenta: ſu/
per que erant fundati. Illa autem funda
menta poſt chꝛiſtū videnť fuiſſe ſacramen
Cōclo.3 ta noue legis: ad ſalutem hominū inſtitu
ta. ¶ Tertia concluſio: ꝙ hoc ſacramentuʒ
eſt a chꝛiſto inſtitutum oꝛiginaliter. ſequi/
tur ex pꝛecedentibus duabus. qꝛ cum in
pꝛecedenti articulo dictum ſit: ꝙ ſit ſacra/
mentū noue legis: neceſſe eſt: ꝙ vel a chꝛi/
ſto vel ab eccleſia vel apoſtolis fuerit inſti
tutum. ⁊ cum non ſit inſtitutū ab eccleſia
oꝛiginaliter: vt dicit ꝑma. nec ab apoſto/
Cōcl. 4 lis: vt dicit ſecunda. habetur ꝙ a chꝛiſto.
¶ Quarta concluſio. videoꝛ mihi cum ſan
cto Thoma. diſtin. vij. quarti libꝛi. qōne
ꝑma. ꝙ lʒ a chꝛiſto fuerit oſtenſus apoſto
lis modus manuū impoſitione ⁊ foꝛme ex
pꝛeſſione non tamen videť eo chꝛiſtus in
opere vſus. Probaťſic quo ad pꝛimā par
ꝓbať 2. tem: ex illo Mathei. xix. vbi dominꝰ par/
uulis impoſuit manuʒ. ¶ Secundo. quia
cum ſit a chꝛiſto vt dicit cōcluſio pꝛecedēs
⁊ non quo ad vſus exercitiū. neceſſe eſt: ꝙ
ſit ab eo: quo ad vſus modū: puta: quia
modum eis expꝛeſſit: ⁊ foꝛmam tradidit:
qua traderent tempoꝛe ſuo. ¶ Sed ſecun/
da pars pꝛobaťſic. quia ſi chꝛiſtꝰ aliquos
confirmaſſet. hoc maxime feciſſet apoſto/
lis. modo hoc non videť. igitur. ¶ Patet 1
maioꝛ. quia cum ipſis erat commiſſurus
regimen eccleſie. immo cum ipſi: etiaʒ chꝛi
ſto pꝛedicante: cum chꝛiſto erant euange/
lium pꝛedicaturi: maxime fuiſſet eis neceſ/
ſarius ſpiritus ad robur. Et ideo ſapiētia
diuina maxime eis hunc dediſſet. ¶ Pa/ 2
tet minoꝛ. ex illo quod habeť Actuū ꝑmo
vbi dicens eis ⁊ alijs pꝛecepit ne recede/
rent de ciuitate hac: donec induerenť vir/
tute ex alto. Et ergo tunc receperunt ſpiri/
tum ad robur: cum ſuper ſingulos eoꝛum
ſedit ſpirituſſanctꝰ in linguis igneis. ¶ Itē 3
patet ꝑ illud Johannis. vij. nondum enī
erat ſpiritus datus ſcʒ ad robur. quia Je/
ſus chꝛiſtus nondū erat gloꝛificatꝰ. ¶ Se ꝓbať 2.
cundo ꝓbať concluſio. quia ſi alicubi vi/
deretur chꝛiſtus confirmatiōe vſus in ope
re: hoc maxime eſſet Mathei. xix. vbi par
uulis manū impoſuit. modo in hoc no vi
detur eis dediſſe ſacramentū confirmatio
nis. igiť. cōſequentia tenet. Et antecedēs
pꝛo pꝛima parte ptʒ ꝑ eos qui ſunt de alia
opinione. Minoꝛ declarať. qꝛ licet chꝛiſtꝰ No. ibi
ibidem modū dederit: quo per apoſtolos
hoc ſacramentū poſt exhiberi voluit. ſ. ma
nuū impoſitione. non tamen videť eis cō/
firmationis exhibuiſſe ſacramentum. qđ
pꝛeſupponit baptiſmū. modo de illis par
uulis non legitur ꝙ fuerint baptiſati: qua
re nec confirmati. ¶ Reſpondet hic Bac/ No.2.
cho. ꝙ non ſequitur. non leguntur bapti/
ſati: ergo non fuerunt baptiſati. Sed hec
ſolutio parum valet. quāuis verum dicat
quia locus ab auctoꝛitate negatiue nō te
net. tamen veriſimile eſt: ꝙ baptiſmꝰ chꝛi/
ſti non erat eis datus. quia dabatur in pꝛi
mitiua eccleſia ſolum adultis: ex certa ſci/
entia accedentibus. Paruulis autem nuſ/
quā legitur pꝛo tunc datꝰ. ¶ Ideo dicunt No.3.
alij aliter. ꝙ poſſit concludi ꝙ erant bapti
ſati: ex illo quod pꝛecedit ibidem. quia di
cit dominus de eis: ꝙ talium eſt regnum
celoꝛum. Et Johannis. iij. dicit. ꝙ niſi qˀs
renatus fuerit ⁊c. non poteſt videre regnū
dei. ¶ Sed adhuc iſtud non ſatiſfacit. qˀa No.4.
chꝛiſtus non dicit ꝙ iſtoꝛum ſed ſimilium
quia dicit talium. ſcilicet humilium ⁊ in/
nocentum. Nam ipſi fuerant adhuc ſi/
ne dolo. Et ſi dixiſſet de eis: iſtoꝛum: ad
huc potuit hoc eſſe. quia erant circum/
ciſi. et in charitate dei. Nondū enī dene

ceſſitate fuit baptiſmus in his: quibꝰ nō/
dum erat predicatus. immo etiā circunci/
ſio durabat: vt dictum eſt. vſqꝫ ad mortez
Nota.5 chriſti in ſuo vigore. ¶ Poſſet etiam dici.
ꝙ chriſtus hoc dixit de eis: ſm eternam dei
predeſtinationem: qua erant predeſtina/
ti ad vitam eternaz. Jdeo dominꝰ abbas
de erbaco aliam tenet opinionē: ꝙ illi par/
uuli erant baptiſati baptiſmo ſpūſancti.
No.6. licet non baptiſmo fluminis. ¶ Sed ſal/
ua reuerentia tanti doctoris illud non vi/
detur valere. qꝛ ille baptiſmus ſolum lo/
cum habet in his qui libenter reciperent ba
ptiſmū fluminis. ⁊ prepediti non poſſunt
modo hoc non eſt veriſimile de illis par/
uulis: qui adhuc forte neſcierunt: q̇d eſſet
baptiſmus fluminis. Niſi magiſter vellet
dicere: omnes qui erant in gratia: baptiſ/
mo flāminis baptiſatos: qđ eſt nimis ge/
nerale. quia ſic omnes iuſti ante aduentū
xp̄i: illo baptiſmo fuiſſent baptiſati. Jtez
tempore chriſti omnes boni inter gentes:
ſm legem nature viuentes: fuiſſent ſic ba/
ptiſati. ⁊ ſic baptiſmus preceſſiſſet chriſtū
realiter. Et hoc fuiſſet in gentibus anteqꝫ
2 eis lex chriſti fuiſſet predicata. ¶ Secun/
do nihil etiam videtur facere ſolutio ad pro
poſitum. quia etiam ſi illo baptiſmo fuiſ/
ſent baptiſati: adhuc ordine nature ſacra
mentorum: debebat precedere baptiſmus
confirmationem. quia Cornelius quāuis
receperat ſpiritūſanctū: tamen baptiſaba
tur a Petro. Actuū. x. ¶ Et videtur ꝙ pri/
3 or fuit baptiſmus confirmatione. quia vt
habetur extra de preſbytero non baptiſa/
to. ſine baptiſmo qui eſt ianua ſacramen/
torum. etiam facto in aqua: nullum alio/
rum ſacramentorū recipi potuit. Jdeo pre
cipitur ibidem quod ſi conſtiterit euiden
ter: ꝙ ille preſbyter non fuerit baptiſatus:
baptiſandus eſt. ⁊ poſt ab initio ordinan
arguitꝰ dus. ¶ Sed contra iſtam concluſionez eſt
dictus magiſter iacobus: ⁊ plures alij pre
deceſſores eius: aſſerentes ꝙ chriſtꝰ in hoc
loco exercuerit hoc ſacramentum quo ad
vſum. Quod probat ſic. quia certum eſt
hoc ſacramentum fieri manuū impoſitio/
ne. vt habetur de conſe. diſtin. v. cap. ma/
nus: vt prius eſt allegatum. ſicut ⁊ ſupre
ma vnctio ⁊ ordo. vel igitur chriſtus par/
uulis omnino nihil dedit. quod nō eſt di
cendum. vel ordinis ſacramentum vel ſu/
preme inunctionis: quod nullus diceret.

vel ſacramentum confirmatiōis. ⁊ hoc eſt
ꝓpoſitum. ¶ Reſpondetur ꝙ chriſtꝰ illa ma/
nuū impoſitione ſignificabat manuū im/ Soluit
poſitionē. que fit in exorciſmo. vt etiam di
cit ſanctus Thomas. diſ. vij. q̄ōe. ij. vt per
eam eos prepararet ad baptiſmū. ⁊ cohi/
beret ab eis dyabolum: ne eis noceret. in
baptiſmatis impedimentū poſtea conſe/
quēdi. ¶ Poteſt etiā addi ⁊ dici. ꝙ ibi apo
ſtolos docuit modū exhibendi ſacramen/
tum confirmationis. cuius vſus incipere
debebat a ſpūſancti miſſione. ſ. poſt apoſto
loꝝ qui erant baſes eccleſie cōfirmationē.
ſicut ſacramentum baptiſmi: initium ce/
pit a domini baptiſatione. ¶ Sed dicetur arguitꝰ
chriſtus omne ſacramentū qđ inſtituit vi
detur accepiſſe. modo nō videtur accepiſſe con
firmationem. ¶ Secundo ſacramenta no 2
ue legis in veteri preceſſerūt in figura. mo/
do non videtur aliqua figura huius confir/
mationis preceſſiſſe in lege veteri. ¶ Rn̄de Ad 1
rur ad primaz. ꝙ chriſtus recepit illud ſa/
cramentū in ſigno. ſ. exprimendo qđ ſit a
fidelibus recipiendum. qn̄ ip̄e plenus ſpi
ritu ſancto regreſſus eſt a Jordane. ⁊ ſpiri/
tusſanctus corporali ſpecie ſuper eum de
ſcendit. vt habetur Joh. p̄mo ¶ Ad ſecundā Ad. 2
dicit ſanctus Thomas. ꝙ qꝛ lex nihil du
xit ad ꝑfectum. vt habetur ad Hebreos. vij.
⁊ ſacramentū confirmationis ſit ſacramē/
tum plenitudinis: quod nō habuit figu/
ram in veteri teſtamento. ¶ Alij dicunt ra
tionabiliter ꝙ fuit figuratū in inunctione
regum. vt Dauidis ⁊ aliorū. de qua p̄mo
Reguz. xvj. Et poteſt pro eis facere illud
Eſa. x. Nunquid non p̄ncipes mei ſimul
reges ſunt? Et hoc de ſecundo articulo.

# Quantū ad tertiū

articulū. videndum eſt. que ſit pro eiꝰ col/ Concl. 1
latione ꝑſona idonea? ¶ Pro quo eſt pri/
ma concluſio: ꝙ iuxta curſum cōem ſolis
epiſcopis licet confirmare. pꝫ concluſio de
conſe. diſ. v. ca. manus quoqꝫ impoſitio/
nis ſacramentū. vbi dicitur. ꝙ magna vene/
ratione tenendū eſt qꝛ ab alijs perfici non
p̄t: qꝫ a ſummis ſacerdotibꝰ. Et eſt canon
Euſebij pape. Jdem dicit Rabanꝰ lib. j.
de inſti. cleri. ca. iij. ⁊ habetur de con. diſ. v. c. Cōclo 2
nouiſſime. ¶ Scđa ꝯclo. epi dātes hꝰ ſacra
mentum ⁊ recipientes ip̄m debent eſſe ie/
eo ꝙ in eo lex erat danda.vel ꝑpe ipm̄. q̄n
to magis terra ſancta eſſet:in qua eſſet coꝛ
2 pus chꝛiſti verū.¶Itē ſi ꝓhibitꝰ fuit moy
ſes accedere:q̄nto magis indignꝰ eſſet ho/
mo accedere: vbi eſſet coꝛpꝰ chꝛiſti verum
ergo ſi debitum ſit:vt ſumaſ ab hoībus ꝛ
accedaſ.nō videtur eſſe ibi:niſi ſub figura.
arguit.5 ¶Quinto non eſſet vtile:ꝙ eſſet ſub ſpecie
bus:coꝛpꝰ chꝛiſti verum.igiſ ꝯña nota eſt
Añs apparet.qꝛ Joh.vj.dꝛ. Spūs eſt q̄
viuificat.caro nō ꝓdeſt quicq̄ʒ.ğ caro ve/
ra non reficit.ğ inutiliter eſſet ſub ſpēbus.
ꝯfirmat. ¶Et ꝯfirmaſ.qꝛ ad ſalutē ſufficit ꝙ homo
manducet ſpūaliter.vt dꝛ de ꝯſe.diſ.ij.ca.
quid paras.mō ad ſpūalem manducatio
nē nō requiriſ pñtia coꝛpoꝛis xp̄i veri. igiſ
nō eſt vtile chꝛiſtianis eſſe ibi coꝛpꝰ chꝛiſti
arguit 6 verū.¶Et ex alio.qꝛ ad vitā ſpūalem ſuffi
cit influxus grē:ad quē non requiriſ pñtia
chꝛiſti coꝛpoꝛalis.igiſ nō eſt neceſſe: vt ſit
realiter in altari ob hmōi influxū.tenet cō
ſequentia Et maioꝛ nota eſt. Et minoꝛ pꝫ
qꝛ regulꝰ repꝛehendiſ. eo ꝙ ꝑ ſanitate ſue fi
lie requiſiuit pñtiā dñi coꝛpoꝛalē. vt patꝫ
Joh.iiij:¶Deinde querit queſtio. Utrum
2 q̄ſitu coꝛpꝰ xp̄i ſit in altari ſm quantitatē:¶Cō
tra qđ arguiſ ſic.qꝛ vel excederet quātitas
coꝛpis chꝛiſti quātitatē hoſtie:vel nō.nul
lo modoꝝ.igiſ.ptʒ maioꝛ diuiſione bona.
Declaraſ minoꝛ.Pꝛimo em̄ nō pōt dici:
ꝙ excedat.quia tunc coꝛpus Chꝛiſti ſcđm
aliquid ſui inueniretur in altari vbi nihil
eſſet hoſtie cōſecrate.qđ nō conceditſ. Nec
pōt dici.ꝙ nō excedit.qꝛ abſurdū eſt dice/
ꝯfirmaſ re ꝙ coꝛpus chꝛiſti ſit ita puum ſicut quāti
tas hoſtie.¶Confirmaſ.qꝛ vel quantitas
hoſtie contineret totā quantitatē coꝛpoꝛꝭ
chꝛiſti:ꝛ hoc nō videſ poſſibile.eo ꝙ minꝰ
nō pōt cōtinere totū maius.vel cōtineret
aliquā quantitatē eiꝰ:ꝛ aliquā nō.ꝛ ſi ſic.
tunc aliq̄d quantitatis coꝛpis nō eſſet ſub
hoſtia.qđ falſuʒ ē.vel nihil contineret q̄n
arguit 2 titatis coꝛpoꝛis chꝛiſti.ꝛ habeſ ꝓpoſitum
ꝙ nō ſit ibi ſm quantitatē.¶Secundo ſic
qꝛ vel eſſet ibi ſm quantitatē ſuā ſemel tm̄

vel plies.nullo modoꝝ.ğ ꝛc̄.patʒ maioꝛ a
ſufficienti diuiſione.Pꝛobaſ minoꝛ qꝛ nō
pōt dici:ꝙ ſemel tm̄.qꝛ nō paucioꝛibꝫ vici
bus contineſ ſub hoſtia integra q̄ʒ diuiſa.
mō poſt diuiſionē ꝯtineſ ibi pluries. quia
ſub qualibet pte totum.ğ ꝛ ante.Nec pōt
dici ꝙ pluries.qꝛ non magis ꝯtineſ ſub ſa/
cramento:q̄ʒ in celo vbi eſt vera ſedes eiꝰ.
mō in celo nō contineſ niſi ſemel.¶Tertō arguit.3
ſic.qꝛ ſi contineret ibi ſm q̄ntitatē.vel hoc
eſſet ſic.ꝙ vbicunq̄ʒ eſſet vna ps quantita
tis chꝛiſti:ibi eſſet ꝛ alia ſub hoſtia.vel ſic.
ꝙ vna ps quantitatis xp̄i eſſet ſub vna pte
hoſtie.ꝛ alia ſub alia.nullo modoꝝ.igitur
ptʒ maioꝛ de ſe.ꝓbaſ minoꝛ.qꝛ ſi dicaſ: ꝙ
vbicunq̄ʒ fuerit vna: ibi ſit ꝛ alia: nc̄ario
ſequi videſ:ꝙ oēs ptes coꝛpoꝛis xp̄i ſb ho
ſtia ſe penetrent.ꝛ ex ꝯñti ꝙ nullā extenſio
nē faciant.nam ſi facerent extenſionem:in
imaginabile eſſet:ꝙ nō eſſet vna ps extra
aliā.¶Scđo ex hoc ſequiſ.ꝙ eſſet ibi indi
uiſibiliter.ꝛ nō ſm quantitatē.qđ eſt ꝑpo
ſitū.¶Tertio ſequereſ.ꝙ vbi eēt manꝰ:ibi 3
eſſet ꝛ pes.ꝛ vbi eſſet oculus ibi ꝛ auris.et
ita de omnibus alijs membꝛis.ꝛ ex ꝯñti ꝙ
eſſet plena ꝯfuſio ibi ꝛ inoꝛdinatio mem/
bꝛorum chꝛiſti ſub hoſtia. falſitas ptʒ. Et
ꝯña ꝓbaſ.qꝛ da ꝙ non ſit manꝰ vbi eſt pes
erit aliqua ps quantitatis xp̄i vbi nō erit
alia. Si dꝛ:ꝙ vna ps quantitatis xp̄i: eſt
ſub vna pte hoſtie:ꝛ alia ſub alia.tunc ſe/
queſ:ꝙ quantitas chꝛiſti cōmenſuraſ quā
titati hoſtie.qđ iterū falſum eſt. Itē ſi pes
eſſet ſub vna pte hoſtie:ſub qua non eſſet
manus:ſi illa ſola pticula ſumereſ.iā ha/
bereſ ps chꝛiſti.ſ.pes ꝛ non manꝰ.eo ꝙ ſub
illa quantitate non erat manꝰ.¶Quarto. arguit4
qꝛ vel quantitas eſſet ibi: vi ꝯuerſionis.ꝛ
hoc non eſt conuerſio in quantitatem. ſed
in ſubſtantiam coꝛpoꝛis.vl eſſet ibi ꝑ mo/
dum concomitantie.ꝛ hoc non.qꝛ per mo
dum concomitantie videnſ ea ſola eſſe ibi
que conferunt ad ſpūalem nutritōnē. alia
enim eſſent ibi fruſtra.modo quātitas nō
videſ aliquid conferre ad nutritionē ſpiri/
tualem.cum non ſit de virtutibus actiuis
ꝛ paſſiuis. vt dicit cōmentatoꝛ. iiij.phyſi/
coꝝ.¶Et cōfirmaſ auctāte beati Aug.ſup
pſalmo.v.ꝛ poniſ de con.diſ.ij.ca. panis ꝯfirmaſ
ꝛ ſumiſ a magiſtro in lrā diſ.x.ꝑ fulcimen/
to opinionis falſe. Dicit em̄ Auguſtinus
Donec ſeculū finiaſ ſurſuʒ eſt dñs.ſʒ tam̄
nobiſcum hic eſt veritas dñi:coꝛpus in q̄

reſurrexit: ⁊ ĩ vno loco eſſe oportet: veritas aũt eius vbiqꝫ diffuſa eſt. ergo nõ videt̃ ꝙ vere ſit in altari. quia ſic eſſet in pluribus locis.

arguit 5 ¶Quinto. quia videt̃ ꝙ deus faciat res. ſicut magis cõueniũt. ſed magis cõuenit: ꝙ corpus chriſti ſit ſub quãtitate hoſtie: abſtractum a ſua vera quantitate. igit̃. Maior nota eſt. oĩa em̃ in ſapiẽtia facit ⁊ ex ↄñti. mõ cõuenienti. Et minor ptꝫ. quia difficillime intelligibile eſt. ꝙ due quãtitates ſint ſimul. quia in hoc nos videmus rerũ naturalem repugnantiã. nõ aũt eſt intelligibile: ꝙ ſubſtantia abſtracta ſit cum quantitate hoſtie. ¶Et ↄfirmat̃. quia magis cõgruũ videt̃: ꝙ ſubſtantia ſeparet̃ ab accidentibꝫ quã econtra. mõ chriſtus in ſacramento a ſubſtantia panis ſeparat accidentia. ergo rõnabilius eſſet: ꝙ ipſe ponat ſuã ſubſtantiam ſub hoſtia dimittẽdo accidẽtia.

In ↄrĩ. pro ſuppoſi. ¶Sꝫ pro ſuppoſito ꝙ corp⁹ chriſti ſit ſm veritatem in altari: eſt text⁹ ſaluatoris Math. xxvi. Marci. xiiij. Luce. xxij. ⁊. j. ad Cori. xj. dicens. ꝙ dñs dixit. hoc eſt corpus meum. ergo cum ex ore veritatis non potuit procedere falſum. ſequit̃: ꝙ vere erat ibi corp⁹ dñi. niſi forte hoc intelligeret̃ myſtice. ſ. vt ſic. hoc eſt ſignũ corporis mei. ⁊ ſi ſic. cum manna fuerit etiam ſignuꝫ corpis chriſti: de quo Exodi. xvj. ⁊ panis quem obtulit Melchiſedech: eodẽ modo. de quo Gen̄ xiiij. non eſt differentia inter ſacramẽta veteris legis ⁊ noue legis. ¶Et mgr̄ determinat oppoſitum. diſ. x. adducens pro ſuppoſito multas auctates ſanctoꝝ.

pro q̃ſito. ¶Sed pro queſito eſt beat⁹ auguſtin⁹ de vbis euangelij: dicens. totus per partes manducatur in ſacramento ⁊ manet integer totus in celo. mõ nihil eſt totum ſine quãtitate.

2 ¶Et ratione. quia omne corp⁹ viuũ habet quantitatẽ. ſed corp⁹ chriſti in altari eſt viuum. igit̃. Maior nota eſt. quia anima eſt act⁹ corporis organici: vt habet̃. ij. de anima. qđ ſine quantitate non poteſt eſſe. Et minor nota eſt. non enim abſtrahit̃ a vita.

# In hac queſtione

eriunt tres articuli. Primus de ſuppoſito Scđs de queſito. ⁊ tertius de multiplici dubio.

# Quantum ad primũ

eſt primo notandũ. vt mgr̄ recitat in pmo ca. diſ. x. ꝙ fuit q̃dam opinio: que eſt damnata hereſis. ꝙ corp⁹ dñi verũ nõ ſit in altari. ſed tm̃ ſit ibi vt in ſigno. Et hec ẽ opinio ⁊ valdenſiũ. a q̃bus ſi querit̃. facta ↄſecratione vtrum credant: ꝙ ibi ſit corp⁹ dñi. dicunt ꝙ ſic. quia q̃uis credant ꝙ nõ ſit ibi niſi panis. tñ quia ille eſt corp⁹: ⁊ om̄e qđ eſt in mundo eſt poſſeſſio dei ⁊ eius factura. hac cautela vtentes: cõcedunt ibi eẽ corpus dñi. ¶Sed cum q̃rit̃ ab ipis. vtrũ credant ꝙ ibi hoc ſit corp⁹: qđ fuit de virgine natum: ⁊ in cruce oblatũ. dicunt. ꝙ non: vl' nolunt rñdere. 2

¶Quidã etiã ad hãc ſectã ſiue opinionẽ inducunt̃ ſub velamine cui⁹dam falſe pietatis: dicentes. ꝙ nemo dign⁹ ſit comedere. immo nec tangere veraꝫ carnẽ xpi dei. 3

Nota. ¶Scđo eſt notandũ. ꝙ hec opinio eſt hereſis peſſima. quia verũ viaticũ ſcꝫ corp⁹ ⁊ ſanguinẽ dñi ſubtrahit ab eccleſia. ſine quibꝫ ſpũalis neq̃t ſubſiſtere vita. vñ oĩmode fugienda eſt: ⁊ contemnenda. gaudet em̃ ſancta eccl'a: ꝙ tanti eam dñs eſtimauerit: ꝙ ſeipm̃ pro ea patri obtulit ĩ preciũ. ſuũ verũ corp⁹ ſibi reliquit in eduliũ ⁊ ſuũ verũ ſanguinẽ ſibi dedit in potum. ⁊ humiliter gratias agit.

Concl'o. ¶Et ergo contra eam eſt ↄcl'io rñſalis. Qꝫ q̃uis corp⁹ dñi ſit nõ cõmenſuratiue ſub ſpecieb⁹ hoſtie. eſt tamen ſub eis vere. pbat̃ prima ps. quia qđ cõmẽſuratiue eſt ſub aliquo ſitu: hoc ſb maiori pte illius eſt ſm mai⁹ ſui. ⁊ ſm minorẽ ptem ſm min⁹ ſui. mõ ita nõ eſt de ſacramento altaris: reſpectu corpis dñi. igitur.

1 Ptꝫ maior p q̃d nois cõmenſuratiõis. quia q̃ cõmenſurant̃: ſic ſe hñt. ꝙ maiori pti mẽſure corrñdet maior ps cõmẽſurati.

2 Et minor ptꝫ. quia totũ corp⁹ dñi eſt ſub qualibet pte ſacramenti: ſiue ſpẽrum. ¶Scđam pteꝫ pbat mgr̄ in lr̃a diſ. x. c. x. multis ſctõruꝫ auctoritatibꝫ: pſertim Amb. in li. de ſacramento. Et ponunt̃ in decret' de con. diſ. ij. cap. Reuera. Item aucte b. Aug. in li. ſententiaꝝ Proſperi. Et ponit̃ de ↄſe. di. ij. c. nos aũt. In ſpecie panis ⁊ vini quã videmus res inuiſibiles. i. carnẽ ⁊ ſanguinẽ honoramus. nec ſilr̃ pendim⁹ has duas ſpecies: ſicut añ cõſecrationẽ pendebam⁹. cũ fideliter fateamur: añ cõſecrationẽ: paneꝫ ⁊ vinũ eſſe: qđ natura formauit. poſt cõſecrationẽ vo carnem xpi ⁊ ſanguinẽ: qđ bñdictio ↄſecrauit. Et pl'es auctes vide ibidem Auguſtini ⁊ Ambroſij. quas breui⸗

tatis cauſa nō recito. Iſta etiam ps pꝫ ex determinatione eccleſie. extra de ſum. tri. ⁊ fi. catho. ca. firmiter credim⁹. vbi papa et canon expreſſe determinant. ꝙ corp⁹ chri/
Correl. ſti verū realiť pńs ſit in eucharistia. ¶ Correlariū. idē corp⁹ numero pōt eſſe in plib⁹ locis: in vno cōmenſuratiue ⁊ in alio ſacramentaliter. ſequiť ex ꝯclionis ſcd̄a pte. qa corp⁹ chriſti verū eſt in celo: localiter ⁊ di/ menſionatiue. ⁊ eſt in ſacramento realiter:
2 tanq̄ ſub ſacramento. Sequiť etiā ex di/ cto Innocē. tertij dicent̄, ſic. ſic fili⁹ dei per naturā diuinā hꝫ triplicem modū eſſendi i rebꝫ. qꝛ in oībꝫ eſt ꝑ eſſentiā In iuſtis per grām. ⁊ in natura aſſumpta ꝑ vnionis ef/ ficaciam. Ita corp⁹ ei⁹ hꝫ triplicē modum eſſendi. eſt em̄ in celo localiť. in v̄bo pſonaliter ⁊ in altari ſacramentaliter. ¶ Scd̄m
Correl.2 correlariū ex eadē pte ꝯcluſiōis. ꝙ idēꝫ ſit in diuerſis locis ſacramentaliter. ſequiť ex eadem pte. ⁊ eſt Innocentij: dicent̄. ꝙ ſm eius eſſe naturale ſit in celo. ſ. in vno loco. ſed ſm eſſe pſonale nō ſit in loco. ⁊ ſm eſſe ſacramentale ſit in plibꝫ locis. ¶ Tertium
Corre.3 correlariū. ꝙ nō ſit incōueniens: mai⁹ eē ſi/ mul cum minore. ſic ꝙ ſit totū: vbi eſt mi/ nus: ⁊ nō in aliquo ſitu ꝑpinquo, extra ip/ ſum. Pꝫ ex prima parte ꝯcluſiōis. qꝛ ita eſt de corpore dn̄ico: reſpectu ſpērum pa/ nis. nō enim eſt in ſitu ꝑpinquo extra eas Licet non ſit negandū: q̄n ſit in alio alta/ ri: vel in celo. ⁊ t̄n multo maius eſt: q̄ ſint ille ſpecies. ¶ Quartū correlarium. non eſt pro inconuenienti reputandū. ꝙ dei om/ nipotentia magnitudinem vniuerſi: debi te in ſe ⁊ ſuis partibus ordinatam: infra ambitum teſte oui galline cōmunis collo/ caret. licet non cōmenſuratiue ad partes teſte. Patet ex precedenti. ſicut poteſt: cor pus dominicum ordinate ſe habens in ſe: ⁊ in omnibus ſuis partibus collocare: in/ fra paruas ſpecies panis. ita eadem ratio ne poſſit ſub illa quantitate: ponere ma/ gnitudinem quantumlibet maiorem: or/ dinate ſe habentem in ſe ⁊ ſuis partibus: ſm ſitum ſed non cōmenſuratiue ſe haben
arguit5 tem ad magnitudinē illarum ſpecierum. ¶ Sed diceret forſitan. Iſtō imaginatio non capit. ergo non videť ꝓbabile. ꝯſeq̄n/ tia videť tenere. eo ꝙ inimaginabilia po/ nere nunq̄ videť eſſe ꝓbabile. imaginatio enim maxime extenſe virtutis eſt. qō ergo ipa neq̄t amplecti: extra ꝓbabilitatem va

dit. an̄s eſt notū. ¶ Scd̄o ſic. ꝯcluſio vide arguit2
tur implicare. ḡ eſt male poſita. bona eſt ꝯn̄a. ⁊ an̄s ꝓbať ſic. qꝛ vel ſub his ſpēbus vbi eſt caput chriſti: ibi ſunt pedes chriſti ⁊ ſi ſic tunc corpus Chriſti non eſt ſub eis debite ordinatum. ꝓbatio conſequentie. quia in nullo corpore humano debite or/ dinato pedes ſunt ſimul cum capite. ⁊ ſic erit ſecūda ps concluſionis falſa. ꝙ ibi ſit corpus chriſti vere. vbi enīꝫ vere eſt: ibi or dinate eſt. ¶ Uel diceť. ꝙ vbi caput chriſti 2
ſub illis ſpeciebus eſt: pedes eius ibi non ſunt. ⁊ ſi ſic aliquo modo cōmenſurabiť il/ lis ſpeciebꝫ. qꝛ alia ps ſpecierū corrn̄det ca piti chriſti ⁊ alia pedibꝫ. ⁊ ita erit pria ps ꝯcluſiōis falſa. ꝙ ibi ſit nō cōmenſuratiue
¶ Tertio ſic. q̄ncunq̄ totū quantitatiuꝫ arguit3
in aliud totū quantitatm̄ cōmutať: ſuata eadē quantitate: tūc ſilis ordo videť eē in termino ad quē: vel in toto in qō ſit tranſ/ mutatio. ſicut erat in toto: qō tranſmutať ſed in hac bn̄dicta cōſecratione totū quā/ titatm̄ panis tranſit in totū quantitatiuū corporis dn̄ici: ⁊ ſeruať eadem quantitas poſt ⁊ ante. ḡ erit ſilis ordo in ptibus cor/ poris dn̄ici: in qō eſt tranſmutatio: ſicut erat in pane: q̄ tranſmutat⁹ eſt. ergo erit cō menſuratio ad ſpecies. ſicut fuit panis ad ſpēs. ⁊ ḡ pma ps ꝯclionis erit falſa. ꝯn̄tie note ſunt. Et maior declarať. qꝛ cum tot⁹ 1
bos tranſiat in morte in totū cadauer: ſal ua eadem quantitate: idem eſt ordo ptiū cadaueris. ſicut ordo erat ptiū bouis. quō em̄ imaginabiť hoc tranſire in hoc: eadēꝫ manente quantitate ⁊ nō ſilem eſſe ordinē 2
⁊ habitudinē in vtroq̄ termino ¶ Minor diceť poſt in alijs queſtiōibꝫ. quo ad hoc ꝙ totum corpus panis tranſit in totū cor/ pus domini: ⁊ ꝙ eadē quantitas maneať arguit4
poſt ⁊ ante. pꝫ ad ſenſum. ¶ Quarto ſic. qꝛ vel totuꝫ corpus chriſti vere ē ſub qualibꝫ parte hoſtie. ⁊ ſi ſic. ſequereť: ꝙ in illa con/ ſecratione: infinitorum quodlibet tranſ/ mutaretur in corpus chriſti. immo ꝙ ibi eſſent infinite tranſmutationes: in vnum ⁊ eundem terminū. Probatio conſequen tie. quia infinite ſunt partes albedinis: et infinite fiunt parteſ panis informate ꝑ cā ſi ergo ſb qualibet parte albedinis ſit cor/ pus chriſti verū. quelibet ps panis tranſ/ mutata eſt in corp⁹ dn̄icuꝫ. ḡ infinitorum quodlibet. Probať falſitas ꝯn̄tis pmo ſic infinitarum mutationū eſſet idē termin⁹.

contra phũm. iij. phyſicoꝝ. v. ⁊. vj. muta/
tiões diſtinguunť penes terminos ad q̃s
ſequunť mot⁹: quẽadmodũ ⁊ res: dicit tex
tus. i. quemadmodũ termini ad quos va
pbaẗ. 2. dunt. ¶ Scđo fortius. q2 ſic q̃ ſumeret cor
pus dñicum infinities ipm ſumeret. patz
ɔña. q2 infinitas ꝑtes ſpecierũ acciperet: ⁊
ſub qualibet eaꝝ totum corp⁹ dñi. nõ aũt
videť rõnabile. hoc vicz cõcedere: ꝙ vnus
eodem die infinities corpus dñi accipiat
pbaẗ. 3. ¶ Tertio adhuc videť eadẽ falſitas. q2 qñ
debuerit eſſe cõuerſio. vt dictũ eſt in prece
denti q̃õe. requiriť: ꝙ ſit actualis intentio
cõſecrãtis. ⁊ hoc magiſter dicit in lr̃a. mõ
null⁹ ſacerdos intentionẽ hꝫ ad ſingulas
ꝑtes hoſtie ſeorſum. ſed ſolum ad totaꝫ. er
go non videť ꝙ ſingule ꝑtes hoſtie muten
argu. 4. tur in totuꝫ corpus dñi. ¶ Quarto princi/
paliter ſic. q2 vel oculus chriſti ſub hoſtia
videt pedes chriſti. ⁊ ſi ſic. neceſſario pedes
ſunt alibi q̃ꝫ oculus. cum ſenſibile poſituꝫ
ſup ſenſum non ſentiať. vel non videt. ⁊ ſi
ſic. ſequiť ꝙ inordinatio ſit in corpore chri
ſti. rõne cui⁹ nõ poteſt oculus videre pedes
ergo eſſet ſcđa pars cõcluſionis falſa. quia
nõ eſt ibi niſi ſit ordinate ibi. Et ſi videat
eſt ꝑma falſa. q2 vna erit extra aliam. ⁊ ſic
cõmenſuratiue ad partes hoſtie eſſet ibi.
arguiť. 5 ¶ Quinto queriť. Utrũ pñtia corporis xp̃i
aliquo modo dependeat ab illis acciden
tibus: vel nõ. nullo modoꝝ põt dici. ergo
nõ eſt ibi pñtia corporis chriſti. ɔña nota
eſt. Et maior ꝑtꝫ ſufficienti diuiſione. mi/
nor declarať. q2 primũ non poteſt dici: ꝙ
preſentia corporis dñi dependeat ab illis
accidentibus. q2 cum pñtia corporis dñi
ſit ipm corpus dñi. ⁊ corpus dñi non affi/
ciť illis accidẽtibus. ⁊ non videť pñtia ei⁹
ab eis dependere. Nec põt dici ſcđm. ſcꝫ. ꝙ
nullo modo ab eis dependeat. q2 videť ꝙ
illa ad quoꝝ poſitionẽ poniť aliq̃d. ⁊ ad q̃
rum deſitionẽ idem aliquid deſinit. illud
aliquid ab illis dependere. mõ poſt conſe/
crationem ad poſitionem illoꝝ accidenti/
um: de lege ordinata ſemper poniť corp⁹
domini. ⁊ ad eorum deſitionem deſinit q2
ceſſantibꝫ accidentibꝫ nõ ampli⁹ eſt ibi cor
pus dñi. g̃ videť ꝙ aliquo mõ ab eis depẽ
arguiť 6 deat. ¶ Sexto ſic. q2 quicq̃d eſt in aliq̃ lo/
co. ⁊ poſt non eſt in eodem loco: remanen/
te loco. hoc mutať ab illo loco. modo cor/
pus dominicum eſt in loco in quo ſunt ille
ſpecies. ⁊ poſt corruptis ſpẽbus non eſt in
illo loco. ergo mutať ab illo loco: per ſe vel
per accidens. concluſio falſa. ⁊ ɔñtia bo/
na. ergo vna premiſſarũ erit falſa. ⁊ nõ ma
ior. ergo minor que eſt ſecunda ꝑs cõcluſi/
onis. vltima ɔñtia. ⁊ etiam prima nota ẽ.
Et falſitas cõſequentis patꝫ. q2 nõ poteſt
dici qua ſpecie mutationis corp⁹ dñi ab il
lo loco muteť. nõ em̃ videť: ꝙ localiter mo/
uea: de eo ad cęlum. cum ante fuerit in cę
lo. nihil aũt mutať ad aliquem terminuꝫ:
in quo de facto diu ante fuit. Nec ſm ve/
ritatem corpus chriſti quod fuit ſub ſpeci
ebus: aſcendit cęlum: accedendo ad locũ
in quo eſt corpus dñi: deſcriptiue. fruſtra
enim idem veniret ad ſeipm. Et ꝙ maior 1
ſit vera: patꝫ. q2 imaginatio non capit: ꝙ
aliquid ſit in aliquo loco. ⁊ pōſt non ſit in
illo. nulla mutatione facta: loco remanen
te. ¶ Et confirmať ſic. pone ꝙ corpus chri/ ɔfirmať
ſti verum non ſit alibi q̃ꝫ ſub ſacramento.
⁊ deſinant ſpecies. quero a te: vbi manebit
corpus dñi. ſi muteť localiter ⁊ ad queꝫ ſi/
tum. Item nunquid tunc ſemp ceſſantibꝫ
ſpeciebus ſimili motu mutabitur? Si di/ 2
cis. ꝙ non mutabitur ab illo ſitu: tunc ſeq
tur: ꝙ ſi ſpecies muteť in aerem vl' in ignẽ
ꝙ corpus chriſti manebit ſub illo aere vel
igne. quod non videť bñ probabile fideli.
¶ Hec ſunt ſatis acuta ⁊ plura eorum non ad ſoluẽ
vidi ab alijs mota. Et ergo quicquid di/ dũ no. 1.
cam: probabiliter dicam. ſemper ſupponẽ
do concluſionem: ⁊ fidem veram. Et ſi q̃d
forte minus bene dixero: ſoluendo corri/
gant me oculati. ſicq꞉ fuerit aliquid tale qđ
per me eſt emendandum: preſto ſum. q2
non zelo apparentie: ſed veritatis defen/
ſione: hec vt ſpero: domino dante moui. No. 2.
¶ Quo premiſſo eſt aduertendum ſm do/
ctores noſtros: ꝙ cum quantitas corpo/
ris Chriſti: vt dicetur in articulo ſequente
ſit ſub illis accidentibus. ⁊ in ſpacijs im/
mediate circundantibus non ſit. quanti/
tatis illius ordo poteſt conſiderari dupli/
citer. Uno modo in ordine quem habꝫ in
chriſto. Alio modo in ordine quem habꝫ
in illo loco in quo ſunt ille ſpecies. vel ad
eum: ſeu etiam ad illas ſpecies. Ordo aũt
partium in toto eſt intrinſecus. ⁊ eſt quã/
titati continue naturalis. Sed ordo quẽ
habet ad continens eſt extrinſec⁹. ⁊ eſt q̃n
titati cõtinue accidentalis. Uñ ſi eſſꝫ ſine
loco: ſic q̃ntitas ſupme ſphere: remaneret
ordo ꝑtiũ in toto: ſicut nũc. ſꝫ nõ ordo ꝑtium

Correl'. in loco. q꜡ non eſſet in loco. ¶ Ex quo ſeq̄r
ꝙ ordine nature prior eſt ordo partiū ī to/
to: q̄ꝫ in loco. q꜡ prior eſt qđ poteſt manere
ſine alio. ⁊ ita eſt hic. vt deductū eſt. ¶ Se
quit̃ ſecundo. ꝙ poteſt eſſe ordo partiū in
toto: lꝫ non ſit ordo eaꝝ ad locum. pꝫ. q̇a
prius poteſt manere ſine poſteriori. ¶ Ex h̃
tertio ꝓ fundamento ſolutionis harū ra/
tionū ſupponendū. ꝙ in corporeꝫ chriſti ſb̃
ſacramento eſt debitus ordo partium in
toto. q꜡ ordinatiſſime ſunt in ipſo corpore
⁊ recte ibi ſic: ſicut in celo. Sꝫ ſcđo nō ſunt
ordinate ad quātitatē ſpēcium illaꝝ ſacra/
mentalium: vel loci in quo ſunt ſpēs ille.
q꜡ non cōmenſurant̃ illis. Et hoc poteſt de
us facere. q꜡ pōt obſeruare priꝰ ſine poſte/
riori. Quibꝫ premiſſis ridet̃ ad rōes has
Ad.1 ¶ Ad primā. ꝙ ſi locutio ſit de probabili
in lumine naturali: cōcedendū eſt: ꝙ ꝯclꝰio
⁊ eius correlaria in illo lumine non ſint ꝓ
babilia. q̄ꝫuis ſint vera. multa em̄ in lumi
ne naturali nō ſunt ꝓbabilia: que tn̄ ſunt
manifeſtiſſima ⁊ prima in natura. vt deuꝫ
eſſe trinum ⁊ vnū. Deū eſſe hominem ⁊c̃.
2 ¶ Sed ſi ſit ſermo de ꝓbabili in lumine fi/
dei. tūc dicendū eſt. ꝙ hec ꝯn̄a nō valꝫ. h̃
imaginatio viatoris non capit. ḡ nō eſt ꝓ
babile. Fides em̄ de multis eſt: que ita ſe
habent. quoꝝ tn̄ modū: imaginatio via/
toris nō capit. vt qđ deꝰ eſt trinꝰ ⁊ vnꝰ. eſt ꝓ
babiliſſimū fideli. cꝰ tn̄ modū mens via/
toris nō cōprehendit. Sil'r ꝙ ꝟgo peperit
deū. modū viator nō cōprehendit. Vn̄ q̇/
dam. ꝟgo deū peperit. ſed ſi q̇s quō querit
3 Nō eſt noſſe meū. ſed ſcio poſſe deū. ¶ Ad
ꝓbationē ꝯn̄e. q꜡ imaginatio maxime ex/
tenſe virtutis eſt. Dicit̃. ꝙ hoc falſuꝫ ē. ma
gis em̄ pōt potentia diuina q̄ꝫ cōprehen/
Nota. dere pōt imaginatio humana. ¶ Vn̄ oīs
fidelis captiuare dꝫ intellectū ſuū: in fidei
obſequiū: ne plꝰ credat ſuis phantaſiis et
apparentiis: q̄ꝫ ſacre ſcripture ⁊ eccleſie te/
ſtimoniis. plꝰ em̄ pōt deus facere q̄ꝫ mens
hoīs intelligere: p̄ſertim q̇ ad modū hmōi
ad.2. ꝓducendi. ¶ Ad ſcđam neget̃ añs. ꝙ ꝯclꝰo
implicet: vel videat̃ implicare: ſaltē apud
debite intelligentē. Ad ꝓbationē dicit̃. ꝙ
vbiqꝫ ſub his ſpeciebus ſint oīa membra
xp̄i. q꜡ vt dicit p̄ma ps: nō cōmenſurat̃ xp̄i
corpus his ſpēbꝫ. Sicut em̄ vna anima
intellectiua trium potentiarū. ſ. memorie:
intellectus ⁊ voluntatꝭ: eſt in vno hoīe: et
in qualibet parte eius. in ſe tn̄ ⁊ ſuis potē/
tiis debite ordinata. Ita etiā ſub vna q̄n/
titate ſpēcierum eſt: ⁊ ſub qualibet pte eiꝰ eſt
totū corpꝰ xp̄i. ¶ Item ſicut vna immenſi/ 2
tas q̄ntitatis diuine ſpūalis eſt in om̄i ſi/
tu corporali: etiā quantūlibet ꝑuo ita hec
ordinatiſſima quantitas corporis dn̄ici:
eſt ſub qualibet pte ſpecierū. ⁊ etiā ſub to/
ta quantitate ſimul accepta. ¶ Et cū infert̃ 3
ꝙ tunc corpus chriſti nō ſit ſub eis debite
ordinatū. neget̃ ꝯn̄a. Et ad ꝓbationē dici
tur ꝙ in nullo corpore humano debite or/
dinato pedes ſint ſimul cum capite: in or/
dine ad quātitatem totius hoīs. cuiꝰ ſunt
vel etiam reſpectu quantitatis cui cōmen
ſurant̃. ſed reſpectu quantitatis ſub q̄ ſunt
⁊ cum qua ſunt: cū qua non cōmenſurant̃
non eſt inconueniens: ꝙ ſint ſub qualibet
pte eius ſimul. q꜡ in ordine ad eam nō ha
bent diſtantiā localē. ſicut nec cōmenſura
tionē. ¶ Eſt ergo corpꝰ dn̄icum in ſe ordi/ 4
natiſſime ordinatū. In ordine tn̄ ad has
ſpēs non eſt aſſignandum: alicubi eē vnū
eius membrū: vbi non ſit quodlibet aliđ:
eo ꝙ reſpectu huius quantitatis membra
non habent diſtinctionē neqꝫ ſitum. cum
non cōmenſurent̃ iſti. ¶ Ad tertiam dicit̃. Ad.3
ꝙ illa maior ſit vera. vbi eadem ſuat̃ quā
titas: extendēs prius terminū a quo. ⁊ po
ſtea terminū ad quē. ſicut in boue q̇ morit̃
⁊ in cadauere qđ relinquit̃. vbi q̄ntitas cō
tinua que prius extendebat bouē. poſt ex
tendit cadauer. Sed vbi quantitas que 2
relinquitur: nō extendit terminū ad quem
in quē trāſmutatur terminꝰ a quo. ibi nō
oportet. mō ſic eſt hic. q꜡ lꝫ totꝰ panis mu
tetur in totū corpꝰ chriſti: ⁊ maneat eadeꝫ
quantitas. tn̄ illa quantitas non extendit
corpꝰ chriſti: nec ipm cōmenſurat̃ ei. ⁊ ḡ ꝓ/
batio non eſt ad ꝓpoſitum. q꜡ in corpore
bouis quantitas remanens que an̄ exten
debat terminū a quo: poſt extendit termi/
nū ad quem. vn̄ maior rōnis eſt neganda
q̄n vlt ponit̃. ¶ Ad quartā. ꝯcedit̃ p̄mum Ad.4.
membrū. ꝙ totū corpꝰ chriſti syncathego
rematice eſt ſub q̄libet pte hoſtie. Et ꝯce/
dit̃ ꝯn̄s: ꝙ in illa ꝯſecratiōe infinitoꝝ qđ/
libet syncategorematice loquendo. q꜡ infi
nitaꝝ ptiū panis illiꝰ: q̄libet tranſit in to/
tum corpꝰ. Et quare habet̃ hoc ꝑ icōueniē
ti. cum in ꝯuerſione ligni in igneꝫ infinita
rum ptium quelibet tranſit in igneꝫ. Sil'r
cōcedēdo ſecundū ꝯn̄s. ꝙ ex pte termini a
quo ibi ſunt infinite tranſmutationes: in

vnū ⁊ eundē terminū. recte ac ſi ꝑ imagina
3 tionē vnū lignū ſm ſe ⁊ quālibet ꝑtem ſui
in eundē ignem cōuerteret adequate. Ad
improbatōeꝫ ꝓmā illiꝰ qn̄ dꝛ ꝙ infinitarū
mutationū eſſet vnꝰ terminꝰ. dicit ꝓmo. ꝙ
ꝯn̄s nō ſit incōueniens: loquendo de mu
tationibꝫ ꝑtialibꝫ: vnā totā conuerſioneꝫ
panis cōſtituentibus. ſicut infinita ꝑ cor/
4 ruptionem ꝑtium ligni eſt vnus ignis qui
generat ex eis: terminꝰ vnꝰ ⁊ idem. ¶ Verū
eſt ꝙ hic eſt aliqualis diuerſitas. nā ibi in
mutatione naturali eſt alteriꝰ ⁊ alteriꝰ par
tialis mutationis termini a quo: aliꝰ ⁊ ali
us ꝑtialis terminꝰ ad quē. ſ. ꝑtialis ignis
genitꝰ ex illa ꝑte. Dicaūt totiꝰ panis ⁊ cu/
iuſlibet ꝑtis q̄ cōuertit: eſt idem penitꝰ ter
minus ad quem. ſ. totum corpꝰ chꝛiſti. Et
ſil'e eſt in generatione hoīs: ſm opinioneꝫ
quā credo veriorē: infinitarum corruptio/
nū partium embꝛionis eſt eadē forma ter
Ad.1. minus ad quē: ſub qua ꝑtes ſingule ma/
terie eius fiunt. ſ. anima intellectiua. Ad
phūm in phyſicis dꝛ ꝙ non ſit ad ꝓpoſitū
qꝛ phūs voluit loqui: de mutationibꝫ di/
uerſoꝝ p̄dicamentoꝝ. ⁊ tales diſtinguunt
penes terminos ad quos. vt hꝫ videri in
v. phyſicoꝝ. Et ſm veritatē loquit de mu/
tationibꝰ naturalibꝫ: qualis nō eſt hec cō
uerſio. que eſt oīmode ſuꝑ naturā. Et ideo
Ad.2. nō eſt incōueniens: ꝙ oīm ꝑtialiū mutatō
nū ſit penitꝰ idem terminꝰ ad quē. ¶ Ad ſe
cundā improbatōnē cū infert ꝙ q̄ ſumeret
corpꝰ dn̄icū: infinitis vicibꝫ ipm ſumeret.
Rn̄det ꝙ loquendo de vicibꝫ ꝑtialibꝫ: cō/
ſequens nō eſt incōueniens. cū em̄ corpus
dn̄icum ſucceſſiue tranſglutiat: ꝑtes infi/
nite ſunt: in quaꝝ qualibet ſumit. ſicut q̄
comedit panē infinitis vicibꝫ ꝑtialibꝫ co/
medit eū. qꝛ infinite ꝑtes tꝑis ſr̄: in q̄ꝝ q̄li/
bet cōedit panē. eo ꝙ comeſtio fit ſucceſſi/
ue. Ad improbationē ꝯn̄tis. qn̄ dꝛ. ꝙ non
ſit rōnabile: ꝙ vnus eodē die infinitis vi/
cibus ſumeret ⁊c̄. Rn̄det ꝙ hoc ſit verū lo/
quendo de infinitis vicibꝫ que nō facerent
vnam ſumptionē totalē. ſꝫ non eſt incōue/
niens ꝙ infinitis partialibus facientibus
Ad.3. vnam totam. ¶ Ad tertiam improbatio/
nem dꝛ. ꝙ non requiritur actualis deter/
minata intentio ad ſingula: que in corpuſ
domini cōuertunt. ſed ſufficit habitualis
⁊ actual' ſuꝑ totū. vt ſi p̄ſbꝛ duo milia ho/
ſtiaꝝ cōſecret: ſufficit ꝙ ſingulas habitua
liter conſecrare intendat. ⁊ ꝙ totam mate/
riam prepoſitam ſibi intentione actuali. ⁊
ita hic ſufficit ꝙ intentione actuali totam
hoſtiam conſecrare intendat. In hoc em̄
habitualiter omnes partes vult in corpꝰ
dominicum conuertere. ⁊ ſingulas earum
¶ Ad quartam dicit. ꝙ quia partes ⁊ mem Ad.4
bꝛa chꝛiſti ſub hoſtia ſm ſuam pꝛopꝛiam
quantitatem ſunt oꝛdinatiſſime oꝛdina/
ta. oculus coꝛpoꝛalis chꝛiſti: ſi velit chꝛi/
ſtus: poteſt videre ibi ſuum pedem: ſicut
poteſt eum videre in celo. ¶ Et quando di 1
cit. ꝙ neceſſario pes erit alibi q̄ꝫ oculus. q̄c
quid ſit de conſequentia. cōſequēs conce/
dit in oꝛdine ad quantitatem ꝓpꝛiaꝫ chꝛi
ſti. quia quo ad illam tantū diſtat pes ab
oculo ſub hoſtia ſicut ī celo. ¶ Sꝫ quo ad 2
quantitatem hoſtie cui non cōmenſurat.
neget conſequentia. quia quo ad illam vt
dictum eſt: quelibet pars eſt ſub qualibet
parte hoſtie. vnde nec oculus coꝛpoꝛalis
videt modū: quo pes vel ipſemet coexiſtit
quantitati hoſtie. quem tn̄ modū anima
chꝛiſti bene poteſt videre. lꝫ non ſit coꝛpo/
raliter viſibilis: nec foꝛte imaginabilis via
toꝛi. qꝛ dumtaxat viſibilis eſt ꝙ ſit. ¶ Ad Ad.5.
quintam ꝙ p̄n̄tiam coꝛpoꝛis dependere ab
illis ſpēbꝰ poteſt intelligi dupliciter. vno
modo naturali dependentia. ſicut foꝛma
ignis a caliditate ⁊ ſiccitate. ⁊ ſic dicenduꝫ
ꝙ nullo mō dependeat pꝛeſentia coꝛpoꝛis
dominici ab illis accidentibꝫ. cum non fa
ciant aliquid in ipſum. nec inhereant ei. 2
¶ Alio modo ad placitum dei. ſcꝫ diuina
inſtitutione. ſacramenta enim ſunt ſigna
ad placitum dei inſtituta. Et ſic dicendū
eſt. ꝙ ex oꝛdinatione diuina qua ſtatuit.
vt ibi eſſet coꝛpus chꝛiſti: quamdiu mane
rent ille ſpecies. pꝛeſentia coꝛpoꝛis domi/
nici aliquo mō dependeat ab illis ſpēbꝫ:
non ex aliqua ſui virtute ſed ex diuina oꝛ/
dinatione. ¶ Ad improbatōnē pꝛime par
tis cum dicit. ꝙ illud ad cuiꝰ poſitionem a
ponitur. ⁊ ad cuius remotionem a remo/
uet. ꝙ ab illo dependeat a. Reſpondet. ꝙ
hoc eſſet verum. ſi naturaliter ad poſitio/
nem illius ſequeretur a. ⁊ ad ablationem
eius auferretur. modo ita non eſt hic. ſed
ſolum per voluntariam dei oꝛdinationeꝫ
qua ſic diſpoſuit: ⁊ illa voluntarie diuine
inſtitutiōis virtute poteſt dici aliquo mō Ad.6.
ab eis dependere. ſꝫ nō ſimplicit. ¶ Ad ſe
xtam. ꝙ coꝛpꝰ dn̄i eſt: vbi deꝰ voluerit ipm
eſſe. vult autem ipſum eſſe ex pacto facto

cũ eccleſia vbi ſunt ille ſpẽs: facta ꝯſecra/
tione. ꝛ nõ ampli⁹ vel diutius. ꝛ iõ ceſſat
eſſe in loco in quo ſunt ſpẽs loco manente
2 ſpẽbus corruptis. ¶ Per hoc ad formã ne
getur maior. nõ enĩ oportet ꝙ omne qđ pri⁹
eſt in aliquo loco: ꝛ poſt non eſt in eodẽ lo/
co: mutetur ab ipſo. ſed ſufficit ꝙ ſpẽs mutẽ/
tur: ad quaꝝ pñtiam diſpoſuit ſe eſſe in il/
3 lo loco: ꝛ nõ ampli⁹ vel nõ ſine eis. ¶ Se/
cũdũ opininionẽ ꝑo q̃ ponit ꝙ deus non
ſit in ſpacio imaginario extra celum. Dice
retur. ꝙ deus ſit in iſta domo: ꝛ ſi annihila/
ret omne creatum: qđ eſt infra domũ: late/
ribus domus remanentibꝫ: ꝛ non ꝑmitte/
ret ingredi aliq̃d replens domũ. prius fuiſ
ſet infra domũ. ꝛ poſt non eſſꝫ infra domũ
cum nõ ſit in nihilo. ꝛ nihil eſt infra domũ
ꝛ domus remaneret: nõ tñ eſſet mutat⁹ de/
us de domo. qꝛ immutabilis eſt. ſed ideo
nõ eſſet infra domũ. quia nihil eſſet infra.
ꝛ mutatum eſt qđ erat infra. in quo erat.
4 ¶ Eodem mõ ſpũſſanct⁹ ꝑ inhabitationẽ
eſt in anima vere iuſti. ſed ſi mortaliter pec
cet: manet anima. ꝛ ſpũſſanct⁹ non manet
habitans in ea. nec mutatur ex ea: ſꝫ ipſa mu
tatur: cõſentiendo peccato ꝛ grãm amitten/
ad ꝯfir. do. ¶ Ad ꝯfirmationẽ: admittitur caſus. et
dicatur ꝙ deficientibus ſpẽbus: corpus chri
ſti poteſt manere: in quocunqꝫ ſitu volue/
rit ipſe. ſ. in celo vel in eodem ſitu vel alibi
vbi vellet deus. Et veriſile eſt: ꝙ deficien/
tibus ſpeciebus poneret ſe in celum. corp⁹
enĩ glorioſum eſt vbi vult ſpũs. Cum dr.
nunq̃d mouebitur localiter? Rñdetur. ꝙ ſi vel/
let: ſucceſſiue aſcenderet celum. ſi vellet: ſbi
5 to ſe poneret ad locũ ſibi deputatuꝫ. ¶ Tu
dicis: nunq̃d ſemp ceſſantibus ſpẽb⁹: eo/
dem motu vel ſimili mutatione mutabitur
Dico ꝙ non. ſed ſufficit. ꝙ deſinat eſſe ſub
illis ſpẽbus. Eſt enĩ de facto in celo. ꝛ er/
go fruſtra ſe mutaret ad celum. ¶ Hoc de
his acutis rõnibus cum correctione meli⁹
dicentium: ſint breuiter dicta. et de primo
articulo.

Quantũ ad ſecun
dum articulum videndum eſt de queſito.
ſcꝫ Utrum corp⁹ dñi ſit in altari ſm quan
titatem? De quo articulo dicit Bonauen
tura diſ. x. articulo ꝑmo q̃õnis ſecunde. fu
iſſe quoſdam opinatos ꝑtem negatiuam.
ſcꝫ ꝙ corpus chriſti vere exiſtens ſub ſpecie
bus panis ſit abſtractũ a ſua q̃ntitate cõ/
tinua. Et motiua illi⁹ opinionis tacta fue
runt ante oppoſitum in rõne quarta ꝛ de
inceps. ¶ Contra quã eſt ꝯcluſio prima hui⁹ cõcluſio. 1.
articuli. corpus xp̃i eſt ſub ſpeciebꝫ panis:
cum ſua vera continua quantitate. ꝓbatur
ſic. nõ minus naturaliter diſpoſitũ eſt cor/
pus dñi ſb ſacro q̃ꝫ in celo. mõ manifeſtũ
eſt ꝙ ſi ſine q̃ntitate ꝯtinua ibi eſſet: non
equaliter diſpoſitũ eſſet. igitur. ꝯña nota eſt.
Et maior ptꝫ. qꝛ corp⁹ dñi cum ſit glifica/ 1
tum: eſt impaſſibile. ꝛ ex ꝯñti vbiqꝫ eſt eq̃
bene diſpoſitũ in ſe. Et minor ptꝫ. qꝛ ſi ſi/ 2
ne quantitate alicubi eſſet: illic nullus ſen
ſus corporeus in ſuũ op⁹ poſſet. eo ꝙ ſen/
ſus nõ recipit niſi extenſe. ¶ Scđo. nõ ha
beret aliq̃ organa. Et tertio. nõ eſſet natũ
replere locũ. ſed eſſet ad modũ indiuiſibi/
lis extenſiue. qꝛ illa diuiſio extenſiua: non
põt alicui cõuenire: niſi rõne quantitatis.
¶ Secundo arguitur ſic. cõceſſo vno miracu ꝓbatur. 2.
lo vbi rõ non cogit: nõ ſunt ponenda plu/
ra. mõ ꝙ corpus dñi ſub illis ſpẽbꝫ ſit: mi/
raculoſum eſt. ergo ex hoc non debent multi/
plicari miracula: niſi que in bona ꝯña ad
illud conſequuntur. modo ſi poneretur ibidem
eſſe ſine quantitate: multiplicarentur mira/
cula: ad que ratio nõ cogit. Igitur hoc nõ
eſt ponendum. tenet cõſequentia. Et ma/
ior nota eſt. non enĩ debem⁹ miracula mul
tiplicare. vt vult beatus Auguſtin⁹: vbi
ſine eis: omnia poſſumus ſaluare. Et mi/
nor nota eſt. Sed minor ſecunde ꝯñtie ꝙ 2
ponere ipſum ſine quantitate: eſſet mira/
cula multiplicare. Patet quia ſine mira/
culo eſſe non poſſet: ꝙ ſubſtantia corpo/
rea viua eſſet ſine quantitate continua. vel
ſubiectum ſine accidẽtibus que ordine na
ture requiruntur ad eius permanentiam.
¶ Tertio. quia egrediens vterum virginis
ꝛ ingrediens ad diſcipulos ianuis clauſis ꝓbatur. 3.
non fuit ſine quantitate. ergo nec eſt ſine
quantitate ſub ſacramento altaris. Pro/
batur ꝯſequentia. quia non minus repu/
gnat quantitati: aliam penetrare q̃ꝫ alicui
quantitati coexiſtere: ꝛ illi nõ cõmenſurari
ꝛ ergo qua rõne potuit domin⁹ ſua quan/
titate aliam quantitatẽ penetrare: eadem
poteſt minori quantitatẽ coexiſtere: ꝛ illi
non commenſurari. Cõſequentia nota eſt
Et antecedens patet. Quia bene ſtat: ꝙ
forma inherens non commenſuretur cor/
pori: cui inheret. Ut anima intellectiua

non cõmenſurant̃ corpoꝛi qḋ infoꝛmat.q̃/
re ergo etiam nõ poſſet vna quantitas al/
teri coexiſtere: ⁊ illi nõ cõmenſurari. Añs
pꝛimũ notũ eſt. Certum eſt em̃ ꝙ xp̃s nat⁹
eſt quant⁹ ⁊ cum quantitate quã habuit ĩ
vtero: ſicut alij pueri q̇ naſcunt̃. Eduxit ei
ex virginis vtero nõ violato quantitatem
quã in ipſo ſibi receperat. Et eodẽ mõ in/
duxit eam ianuis clauſis ad cenaculuꝫ: in
quo diſcipuli reſidebant vt dꝛ Joannis.ij.
Correl. ¶ Correlariũ.p̃ciſe eandẽ quantitatẽ nũe/
ro habet chꝛiſtus ſub ſpeciebus panis p⁹
cõſecrationẽ: quã habet in celo vbi eſt cõ/
menſuratiue viſibilis.ptꝫ ex ɔcluſione. et
ɔcl'o .2. pꝛima rõne facta pro eadẽ. ¶ Scđa ɔcl'o
hmõi quantitas coꝛpoꝛis xp̃i nõ cõmenſu
rat̃ quantitati ſpẽrũ ſacramenti. Jlla patꝫ
ex dictis ad p̄cedentẽ articulum. fuit ei p̃/
ma ps ɔcl'onis. Hoc de ſcđo articulo.

# Quantũ ad tertiũ

articulũ videndũ eſt de multiplici dubio
quoꝝ pꝛimũ ⁊ pꝛincipale eſt: iuxta materi
am p̃mi argumenti ante oppoſitũ. vtrum
idem coꝛpus poſſit eſſe in diuerſis loc. cõ/
menſuratiue: De quo doctoꝛes noſtri ſũt
diuerſi. Magiſter henricus de gandauo
videt̃ velle. ꝙ idem coꝛpus eſſe cõmenſura
tiue in diuerſis locis: implicet ɔtradictio/
nẽ. ⁊ plurimi ſequunt̃ eum in eodem. Alij
2 dicunt cõtrariũ. ⁊ volunt: ꝙ ſit poſſibile. et
eſt materia curioſa ⁊ omni modo difficilis
Sed quia poſſit eſſe vtilis contra hereti/
cos vel infideles: foꝛſitan aſſerentes coꝛ/
pus chꝛiſti verum non poſſe eſſe ſub ſacra
mento. eo ꝙ non poſſit ideꝫ coꝛpus eſſe in
diuerſis locis cõmenſuratiue. quare etiaꝫ
nec ſub ſacramento. Et pbarent ɔſequen/
tiam. quia vbicunqꝫ eſt coꝛpus chꝛiſti ve/
rum ibi chꝛiſtus: ip̄m poteſt viſibile demõ
ſtrare. ⁊ ex ɔñti cõmenſuratiue ibidem fa/
cere. Jdeo qꝛ ſic cõnexum eſt fidei. p̃mo vo
lo de dubio eligere vnaꝫ ptem. Scđo mo
uere rationes alterius opinionis difficili/
oꝛes in contrariũ: inquantũ non ſunt ante
oppoſitum mote. Et tertio illas rationes
Concl'o. euadere. ¶ Quo ad pꝛimũ eſt cõcluſio re/
ſponſalis hec. Jdem coꝛp⁹ põt circũſcripti
ue p potẽtiã dei eſſe in diuerſis locis: loca
liter inter ſe diſtantib. pbat̃ p̃mo ſic. vbi/
cunqꝫ eſt coꝛp⁹ chꝛiſti verum: chꝛiſt⁹ poteſt
ip̄m oſtendere viſibile ⁊ facere: vt ſit ibi cõ

menſuratiue: ſiue circumſcriptiue eſſe ĩ lo/
co. ſed in diuerſis locis localiter ab inuicẽ
diſtantibus eſt coꝛpus chꝛiſti verũ. Jgit̃.
Probat̃ maioꝛ. p̃mo qꝛ ſi coꝛp⁹ chꝛiſti ve/
rum eſſet tantũmõ Heidelberge ſub ſacra
mento: ita ꝙ nuſqꝫ eſſet alibi: certum eſt ꝙ
poſſet ſe ibidem oſtendere viſibile ⁊ cõ mẽ/
ſuratiue: ſicut ſe oſtendit diſcipulis poſt re
ſurrectionẽ. licet quantitas ſacramenti ip/
ſum nõ circũſcriberet. Hec eſt nota fideli.
mirum em̃ eſſet ꝙ ſi nuſqꝫ alibi eſſet q̃ꝫ hic:
ꝙ ꝓpter hoc qꝛ eſſet hic ſub ſacramẽto: nõ
poſſet ſe exhibere viſibile. nec aliquis ſane
mentis hoc diceret. ſꝫ ex hoc ꝙ eſt alibi ſb
ſacramento vel circumſcriptiue vt in celo:
non eſt minus potens: hic ſe oſtendere cõ/
menſuratum loco. g̃ vbicunqꝫ eſt verũ coꝛ
pus chꝛiſti ſicut chꝛiſtus põt heidelberge
ſe oſtendere circũſcriptũ loco: ita põt ibidẽ
Minoꝛ nota eſt: ex ſcđa pte p̃me ɔcl'onis 2
p̃mi articuli. ¶ Hec rõ facit mihi fidem. qꝛ Nota
vtiqꝫ non video. quare ſi ſolum eſſet hic ſb
ſacramento nõ poſſit ſe hic circũſcriptũ lo/
co exhibere. mõ ex hoc ꝙ eſt alibi: nõ red/
dit̃ minus potens hic. ⁊ g̃ põt etiã ſe hic ex
hibere circũſcriptum. ⁊ eodẽ modo ibi. Et
ſic in diuerſis locis. ¶ Scđo pbat̃ ɔcl'o ſic pbat. 2.
duo coꝛpoꝛa poſſunt ſimul eſſe in eodẽ loco
ergo idem coꝛp⁹ in diuerſis. pbatio ɔñtie
p̃mo. qꝛ tãta repugnãtia videt̃ eſſe: ꝙ duo
coꝛpoꝛa ſe penetrent. ſicut ꝙ idem coꝛp⁹ di
uerſis locis p̃ns ſit. ¶ Scđo. qꝛ ſi duo coꝛ/ 2
poꝛa pñt eſſe in eodem loco: eadem ratiõe
tria. vt dicit phũs. iiij. phyſicoꝛum. de va
cuo cap̄. p̃mo. ergo poſſunt talia duo reci/
pere tertium in ſe: vt locatum in loco. g̃ po
terit idem coꝛpus eſſe in duobus locis: ſe
inuicem penetrantibus. ergo a foꝛtioꝛi po
terit eſſe in eiſdem ſimul extrã inuicem po
ſitis. pbat̃ vltima ɔñtia. quia minus incõ
ueniens videt̃. ꝙ idem coꝛpus eſſet in duo
bus locis diſtinctis extra ſe inuicem: q̃ꝫ ꝙ
eſſet in eis via penetrationis. Añs patet.
quia chꝛiſtus exiens vterum virginis nul
lo modo violatũ vel dilatatum: penetra/
uit coꝛpus maternũ ſic ꝙ ſimul cum mater
no coꝛpoꝛe fuerit in eodem loco. Eodẽ mo
do intrans ad diſcipulos poſt reſurrectio/
nem ianuis clauſis: fuit ſimul cũ ptib doꝛ
mus p quas ingrediebat̃: qñ ingrediebat̃. Nota.
¶ Et hoc ex rõne. quare em̃ qui fecit vt ma
teria ⁊ foꝛma ſe penetrant. Jteꝫ ꝙ plurime
foꝛme accñtales ſe penetrãt in ſubiecto. vt

albedo ⁊ dulcedo in lacte vel lumen ⁊ dia
phanū facere nō poſſet:ꝙ due ſbſtātie cor
poree ſe penetrarēt. vl' due dimēſiōes: qbꝫ
2 tñ hoc ꝑ naturā cōem nō conuenit. ¶ Ad
hanc rōnē rñdet mgr̄ henric⁹ de gandauo.
negando ɔñam.q: dicit ꝙ nō ſit ſile de h̄
ꝙ idem poſſit eſſe in duobꝫ locis. q: h̄ fm
eū implicat. Scđo de hoc ꝙ plura corpa
ſimul ſint. q: h⁹ impoſſibilitas nō eſt:niſi
rōne natural' reſiſtentie qua dimenſiōes ſi
bi inuicē reſiſtunt. que reſiſtētia pōt tolli ꝑ
dotes glīe ſicut corpora inueniunt' immor
talia: ꝑ dotē impaſſibilitatis ſine obſcuri/
tate ꝑ dotē claritatis. ſine tarditate ꝑ dotē
agilitatis.ita pñt repiri:ſine groſſitie ꝑ do
Opio ꝑ pua tem ſubtilitatis. ¶ Sed ſine dubio: qꝫuis
ſcđm qđ aſſumit: ſit verū.tñ pmū nō vide
tur mihi verū. vicꝫ ꝙ hoc implicet: ꝙ duo
corpora ſint in eodē loco. Uerū eſt. ꝙ rōes
eius poſt videbunt'. ¶ Scđo q: nō ſuffici/
enter ſoluit.q: chriſt⁹ exiens vterum clau/
ſum nō videt' tunc habuiſſe corp⁹ gl'ifica/
tum: cū poſt in eodem ꝓ nobis ſit paſſus.
2 ¶ Uerū eſt: ꝙ forte diceret. ꝙ licꝫ nō fuerit
gl'ificatum: tñ dotem ſbtilitatis ꝓ tunc ac/
cepit. Uñ illeſis viſceribꝫ vterū exire potu
it. ¶ Etiā de multis legit': q ianuis clauſis
introierunt vel exiuerunt. vt de btō Tho.
in vita bñdicente inuenibus ſponſo ⁊ ſpō
ſe:quos docuit remanere caſtos. De Jo/
ſeph ab arimathia in euangelio Nicode
mi q exiuit ianuis remanentibꝫ ſigillatis.
Et de btō petro q duct⁹ ꝑ angelū tranſijt
primā ⁊ ſcđam cuſtodiā. a cruū. xij. ſigillis
carceris nō fract'. vt legit' de hoc in paſſio/
4 nali. q nō vident' habuiſſe corpa gl'ificata.
¶ Et nō eſſet magnū apud deū ꝙ dimenſi
onibꝫ hoc cōcederet. vt plures ſimul eē poſ
ſent. ſine aliqua repugnantia. ¶ Sed qc/
quid de hoc ſit. illud qđ aſſumit'. ꝙ cōtra/
dictionē implicet idem corp⁹ circūſcripti/
ue eſſe in diuerſis locis. nō hꝫ magnā eui/
dentiā. nam nō plus videt' hoc implicare
qꝫ eandeꝫ formā inherentē plura ſubiecta
1 extra inuicem exñtia ſimul informare. Et
manifeſtum eſt fideli ꝙ ſcđm nō implicat
quare nec primū. ¶ Maior videt' nota. q:
qđ informat eſt in eo qđ informat. ⁊ cum
hoc inheret. quare ḡ eſſet magis incōueni
ens: idem corpus eſſe in diuerſis ſubiectis
2 qꝫ eandem formā diuerſa ſubiecta ſimul
ꝑ inheſionem informare. Et minor ptꝫ. de
anima intellectiua q tota inheret pedi: et
tota capiti. Jmmo non implicat cōtradi/
ctionem: ꝙ abſciſo pede deus eaꝫ informā
tem in pede cōſeruaret. ¶ Et cōfirmat'. qa ɔfirmat
cum intelligentia mouens orbem cuilibet
eius parti coexiſtat: vt credit' fuiſſe de mē/
te phi: ⁊ ſui cōmentatoris. Et apud fidelē
non ſit dubium: qn angeli cuicunqꝫ coexi/
ſtunt ꝑ intellectum ⁊ voluntatem. qđ in/
cōueniens ſit: ꝙ intelligentia vel angelus
mouens ſpheram lune: coexiſteret ſphere ī
oriente ⁊ in occidente: ⁊ non in latentibꝫ me
dijs: ſi ita vellet. ¶ Si ergo nulla contra/ 2
dictio ad hoc ſequitur: ꝙ idem angelus ſit
ſimul in diſtinctis ſitibus diſtantib⁹. ⁊ nō
coexiſtat inter medijs: quomō plus impli
cabit: de eodem corpore. q: rōnes ꝓportiō
nabiles poſſunt fieri de vno. ſicut de alio.
¶ Forte aliqs dicet. ꝙ q: angelus eſt in lo/ Soluit
co definitiue. vt dictū eſt libro pmo. non
poſſit eſſe in diſtinctis ſitibus diſcōtinua/
tis. Hoc non concludit. q: ideo dicit' eē in
loco definitiue. q: certum ſpacium eſt: cui
toti ſiml' pōt coexiſtere: ⁊ nō maiori. mō cū
illi ſpacio coexiſtat: ꝑ libertatē ſue volūta
tis. ſicut poteſt coexiſtere ei toti: ita poteſt
coexiſtere voluntarie extremitatibus eius
⁊ non partibus ſpacij intermedijs. ¶ Hec Conclo.
ſatis manifeſte docent. ꝙ non eſt cōtradi/
ctionis implicatio in hoc: ꝙ ponit' ideꝫ cor
pus eſſe in diuerſis locis: ſalua reuerentia
doctoris ſolennis: etiam circumſcriptiue.
¶ Et ex his poteſt formari tertia rō. q: de⁹
poteſt facere omne illud qđ fieri non im/
plicat. modo idem corpus circumſcribi a
diuerſis locis diſtantibus: non implicat.
ergo ⁊c. ptꝫ maior ex vi omnipotentie. mi/
nor patebit: ſoluendo rationes tactas: an
te oppoſitum. ⁊ rōnes opinionū contrari/
arū. ¶ Sed contra dictam cōcluſionē ſūt Contra
rationes facte ante oppoſitum. in prima
rōne ad primū ſuppoſitum. ¶ Et aliter ar
guit' ſic: per rationes alterius opinionis. arguit'. 1
Primo ſic. Corpus quod eſt in vno loco:
non pōt ſil' eſſe in alio diſtāte ab illo. ergo
ɔſequentia nota eſt. Añs ꝓbatur ſic. quia
cum corpus ſit in vno loco: tunc nequit ve
nire ad alium locum diſtantē: niſi vel mo/
ueatur ad illum alium locum: vel ille ali/
us locus moueatur ad ipſum. Et nllō mo
dorū eſt poſſibile: ꝙ ſit ſil' in diuerſis locis
diſtātibꝫ. igit'. Maior videt' nota de ſe q: ñ
alio mō videt' corp⁹ poſſe itrare nouū locū
Et ptꝫ minor. q: ſi corp⁹ moueat' ad aliuꝫ

locū:tunc recedit ab iſto.ḡ nō erit ſimul in
iſto ⁊ in illo. Et ptȝ ꝙ recedat ab iſto quia
quicq̇d mutat̃ ab aliquo termino: dū mu/
tat̃ ab illo non eſt in eo. vt demonſtrat ph̃s
vj. phyſicoꝝ. Si ſcđo mō.ſ.ꝙ locus moue
atur ad ip̄m tunc cum priore loco faciet ni
ſi vnū locum. vt notū eſt. ḡ neutro mō erit
arguit 2 in diuerſis loc̄. ¶Scđo ſic. nō pl⁹ poteſt
idem corpus eſſe in oriente ⁊ occidente: q̄ȝ
ſimul eſſe in tpe priori ⁊ poſteriori. ſed non
eſt poſſibile: vt ſit idem in tpe priori ⁊ po/
ſteriori. ḡ nec ꝙ ſit ſimul in oriente ⁊ in oc/
cidente. Patet maior. q2 nō minus oppo
nunt̃ differentie loci q̄ȝ dr̄e tpis. Patȝ mi/
nor. q2 ſi idem ſimul eſſet adequate in tpe
priori ⁊ poſteriori: tunc pri⁹ ⁊ poſteri⁹ reſpe
ctu eiuſdē eſſent idē. ⁊ ſic prius nō eſſet pri
us. q2 eſſet adequate ſimul cū poſteriori. ⁊
arguit. 3 hoc implicat. ¶Tertio. qua rōne corpus
poſſit eſſe in duobꝫ locis diſtinctis: poſſit
etiā eſſe in oībꝫ locis. ſed hoc nulli corpori
cōuenit. igit̃ nec eſſe ſimul in duobꝫ. Patȝ
maior. q2 nō eſt maior repugnātia ad tria
q̄ȝ ad duo. ⁊ ḡ qua rōne in duobꝫ eadē rō/
ne in pluribꝫ: ⁊ in omībꝫ. Ptȝ minor. q2 eē
vbiq̄ȝ ſolius diuinitatis eſt ꝓpriū: vt in p̄
arguit 4 mo libro fuit dictum. ¶Quarto idem li/
gnum in numero in diuerſis locis: faceret
duos ignes eque magnos. falſitas ptȝ. q2
de certo ligno ſine nouo miraculo nō ē na
tus fieri niſi tant⁹ ignis quant⁹ de eo pōt
fieri in vno loco. Et ꝓbat̃ ꝯn̄a. q2 ſi idem
lignū eſſet Rome ⁊ heidelbege: quare non
poſſet in vtroq̄ȝ ſimul poni ad ignem. ⁊ q̄/
arguit 5 re nō vtrobiq̄ȝ faceret ignē equalē. ¶Quin
to. q2 idem panis poſſet comedi Pariſius
⁊ Rome. ⁊ Pariſius fieri ſub anima hoīs
pariſień. ⁊ Rome ſub anima hoīs romani
⁊ ex ꝯn̄ti in vtroq̄ȝ caſu iſtoꝝ duoꝝ argum̄
toꝝ: eadem materia fieret ſub diuerſis for
mis ſubſtantialibꝫ. vt materia ligni eiuſ/
dem fieret Rome ſb̄ forma ignis: ibi ex ca
geniti. ⁊ Heidelberge eadeȝ in numero ſb̄
forma ignis alterius in heidelberga ꝓdu/
ci. Pari mō poſſet argui de materia pa/
nis. ¶Sexto arguit dn̄s Egidius ſic. Si
arguit 6 cut res ꝑ formā ſuā ſe habet ad ſpēm: ita ꝑ
quantitatē ſuā ſe habet ad locū. modo ꝑ
vnā formā nō pōt eſſe niſi in vna ſpecie. ḡ
nec ꝑ vnam quantitatem poterit eſſe niſi
arguit 7 in vno loco. ¶Septimo idem ſic. idē pun
ctus nō poteſt poni in principio diuerſaꝝ
lineaꝝ eque diſtantiū. ḡ nec idē corp⁹ in di
uerſis locis. ꝯn̄a eſt bona. Et an̄s ptȝ. q̄a
ſi idem punct⁹ terminaret lineas eque di/
ſtantes. tunc cōcurrerent. q2 ad eundē pū/
ctum terminarent̃. mō ꝯn̄s eſt contra com
munē anime ꝯceptionē ¶Octauo. ſicut ſe arguit 8
habet angel⁹ ad locū definitiue: ita ſe ha/
bet corp⁹ ad locum circūſcriptiue. ſed ideȝ
angel⁹: nō pōt eſſe in pluribꝫ locis definiti
ue. igit̃. Maior ptȝ cōuenienti ſilitudine.
q2 ſicut eſt angeli eſſe in loco definitiue ita
eſt corporis eſſe in loco circūſcriptiue. et pȝ
minor. q2 cōtradictio eſt. ꝙ idē angel⁹ ſit ī
pluribꝫ locis definitiue. ſi em̄ eſt in a loco.
tunc eſt ſic ibi: ꝙ nō ſit alibi. ḡ ꝯdictio eſſet
ꝙ ſimul eſſet alibi. ¶Nono idem diſtaret arguit 9
a ſeip̄o. falſitas ptȝ. ꝓbatō ꝯn̄e. q2 quicq̇d
eſt circumſcriptiue Rome: diſtat ab omni
eo ꝙ eſt circumſcriptiue heidelberge. ergo
ſi ſocrates eſt circūſcriptiue Rome: diſta/
bit ab omni eo qđ eſt circumſcriptiue hei/
delberge. ſi ḡ ſimul ſit in heidelberga: ſeq̇t̃.
ꝙ diſtabit a ſeipſo. ¶Decimo. quandocū/ argu. 10
q̄ȝ aliqua duo ſm̄ ſuas extremitates adeq̄
te cōmenſurant̃. tūc q̇cq̇d reperit̃ extra vnū
etiam neceſſario reperiet̃ extra alterum. ſȝ
ſupficies cōcaua loci ⁊ cōuexa locati: ade/
quate cōmēſurant̃. ḡ ſi locatum pōt eſſe ex
tra ſupficiem illi⁹ loci: puta ſimul eſſe Ro
me. poterit etiā eſſe extra ſuā ſupficiē Ma
ior videt̃ nota: ex ſignificatione terminoꝝ
Et minor eſt ph̃i. iiij. phyſicoꝝ. ca. iiij. loc⁹
em̄ ⁊ locatuȝ ſunt equalia. ſubaudi ſm̄ cō
menſurationē ſupficierū exteriorū locantꝫ
⁊ locati. ¶Undecimo ſic. q2 ſi illi rōne q̄ vnū arguit 11
corp⁹ poſſȝ eſſe rome ⁊ heidelberge: poſſet ī
omībus locis intermedijs. ptȝ ꝯn̄a. q2 q̄re
plus vnū q̄ȝ reliquū. ꝓbat̃ falſitas ꝯn̄tis.
q2 ſic vnus homo poſſet facere vnam cho
ream de ſeipſo: ab heidelberga vſq̄ȝ romā
¶Duodecimo. q2 ſi poteſt idem ſimul ⁊ ſe/ argu. 12
mel eſſe rome ⁊ heidelberge. ſequi videt̃ ꝙ
Roma ⁊ heidelberga illo caſu poſito eēnt
ſimul inter ſe. ꝓbatio ꝯn̄e. q2 ſicut ea que
ſunt eadem vni tertio: ſunt eadem inter ſe
ſic ea que ſunt ſimul cum vno tertio. etiaȝ
ſunt ſimul inter ſe. mō in hoc caſu Roma
⁊ heidelberga eſſent ſimul cū eodem tertō
¶Deſunt rōnes henrici Egidij ⁊ Gotfri/
di ⁊ alioꝝ que ſunt de alia opinīōe. ¶Po/ arguit. 1
teſt etiam argui ꝑ iſta pte ſic. Implicat: ꝙ
idem ſit multa non facientia vnū. ḡ impli
cat ꝙ idem ſit in diuerſis locis circūſcripti
ue. An̄s notum eſt. ꝯn̄a ꝓbat̃ ſic. q2 da: ꝙ

aliquid ſit a dextris Socratis ⁊ ſimul ſit a
Socratis ſiniſtro. tūc ſocrates inſpiciens:
iudicat illud viſū eſſe duo indiuidua. Uł
ergo eſt ita. ⁊ tūc hoc erit duo nō facientia
vnū. ⁊ ſic habebitur oppoſitū āntis. Uł de/
cipit̃. ⁊ ſi ſic. ſenſus bn̄ diſpoſit⁹: medio bn̄
diſpoſito: ⁊ ſilr organo decipiet̃ circa ſenſibi
le ꝑ ſe. qđ nō videt̃ poſſibile: vt vult phus
ꝯfir. ij. de aīa. ¶ Et ꝯfirmat̃. quia ſi idē pōt eſſe ſic
in duobꝫ locis: idē poterit in vno coꝝ ſede
re ⁊ in alio ſtare. Et tūc arguit̃. oēe ſedens
cū quolibet ſimul ſtāte: facit multa diſtin/
cta. Sed ſocrates eſt ſedēs. ḡ cū q̄libet ſtā/
te facit multa diſtincta. ḡ cū ipēmet ī alio
loco ſit ſimul ſtans: ipē cū ſeipſo faciet mul
Argu. 2. ta diſtincta. ¶ Secūdo. Socrates eſſꝫ eq̄
magnus ſicut tota terra. falſitas ꝯn̄tis pa
tet. ꝓbat̃ ꝯn̄tia. q2 qđlibet eſt ita magnum
ſicut totū ſpaciū qđ replet ſm̄ diametrum
ꝓfunditatꝭ. Si ḡ ſocrates pōt eſſe in diuer
ſis locis ſimul. pone ꝙ ꝯtingēdo ſe ſit in tot
locis ꝙ diameter menſurans ꝓfunditates
oīm coꝝ locoꝝ: adequetur diametro terre.
erit ḡ equalis ꝓfunditas Socratis ⁊ ꝓfun
Argu. 3 ditas terre. ¶ Tertio. Socrates inſpiraret
⁊ expiraret ſimul: vt ſi laboraret Heidel/
berge ꝙ calefieret: erit ei⁹ frequēs anhelit⁹
⁊ ſepe inſpirabit. Si Rome fuerit in q̇ete:
tarde inſpirabit. ḡ cū hic fiet expiratio: ro/
me ſtabit inſpiratio. Falſitas ꝯn̄tis decla
ratur quia inſpiratio eſt tract⁹ aeris ad cor
⁊ expiratio eſt pulſus aeris a corde. Mo/
do nō videt̃ ꝙ ſimul in eodē indiuiduo poſ
ſit aer trahi ad cor ⁊ pelli a corde. ¶ Quar/
argui. 4 to. Quia ſi ſocrates ſimul eſſet heidelber/
ge ⁊ rome: vel neceſſario: qđ faceret heidel
berge: dato ꝙ aliq̇d faciat: ſimul faciat Ro
me vel nō. ¶ Si dr̄ pmū: tunc Socrates
1 non poſſet hic legere q̄n ibi legeret. ⁊ ſic ſua
libertas Rome non eſſet plena. q2 non pōt
facere ibi niſi que vult facere heidelberge.
2 quod videt̃ incōueniens. ¶ Si dicꝫ ꝙ non
ſit neceſſe ꝙ ea faciat ibi q̄ facit hic. Cōtra
Uerū erit dicere de Socrate rome ꝙ faciat
oēe op⁹ qđ facit heidelberge. ḡ eadē ibi fa
cere videt̃ que hic ꝯn̄tia videt̃ tenere. ⁊ an̄/
cedens patet. q2 da: ꝙ Heidelberge come/
dat. verū erit dicere ꝙ Socrates rome co/
medat. quia demonſtrādo eū in heidelber/
ga: hec eſt vera. Iſte homo comedit. et eſt
etiā verū ꝙ iſte hō eſt Socrates rome. ḡ ex
poſitorie ſequet̃ ꝙ ſocrates rome comedat.
Confir. ¶ Et ꝯfirmat̃. q2 non ſtat ꝙ heidelberge co
medat: q̄n cibꝫ intret corp⁹ eius q̇ eſt rome
dato ꝙ ſimul ſit Rome. ḡ etiā quin Rome
comedat. ¶ Et tertio. qualicūqꝫ alteratiōe 3
alteret̃ heidelberge: eadē alteret̃ Rome. igi/
tur quidq̇d facit in vno loco: etiāꝫ facit in
alio loco. ꝯn̄tia tenet. ⁊ an̄s patet. q2 ſi ca/
lefit hic: etiā calefit ibi. nā ſi calefit plus in
corꝑe recipit de caliditate q̄ꝫ de frigiditate.
ḡ etiā calefit vbicūqꝫ exiſtit. ¶ Quinto. q2
ſic Socrates poſſet obuiare ſibi trāſeundo Argu. 5
de hinc Romā. ⁊ redeūdo de Roma hinc. ⁊
ſi eſſet nox tꝑe obuiatōis: poſſet credere ob
uiantē ſibi eſſe inimicū ſuū: ⁊ volēdo ſe de/
fendere ſeipm̄ interficeret. ⁊ ſic maneret ſo/
crates viuēs q̇ iterfecit: ⁊ eſſet ſocrates mor
tuus q̇ interfect⁹ eſſꝫ. ⁊ ſic idē ſimul ⁊ ſemel
viuū eſſet ⁊ mortuū. ¶ Huiuſmodi imagi Nota
nationes poſſent multiplicari. quaꝝ tamē
nulla demōſtrat. ⁊ ḡ ſatis eſt de his phāta/
ſijs. q2 iuxta modū ſoluēdi haꝝ: ſimilit̃ ſol
uerent̃ alie imaginatōes ¶ Pro quaꝝ ſolu Suppo
tionibꝫ aliq̄ ſuppoſitōes ſunt pmittēde ſitio pꝛīa
quaꝝ pma eſt hec. Cōceſſa ꝯcluſione: oīs
actio quā facit ſocrates exiſtēs heidelberge
facit ſocrates q̇ exiſtit Rome. ptꝫ. quia eſt
vn⁹ ⁊ idē numero. ¶ Correlariū. oēe p̄dica Corre. 1.
tum qđ vere p̄dicat̃ de ſocrate hic: vere p̄di
catur de ſocrate q̇ eſt rome. Un̄ ſi heidelber
ge ſocrates ſedet: verū erit dicere rome: de/
monſtrādo ſocratē. iſte homo ſedet. patet.
q2 expoſitorie dicet̃. iſte homo ſedet: demō/
ſtrādo ſocratē rome. iſte homo eſt ſocrates.
ḡ ſocrates ſedet Et ꝓbat̃ minor. q2 ſedet in Corre. 2
heidelberga. ⁊ ſequit̃. ḡ ſedet. ¶ Secūdum
correlariū. videt̃ ꝙ ꝯceſſa ꝯcluſione: termi/
ni de p̄dicamento ſitus diſtinctos modos
poſitiōis importātes de eodē qui eſt ī diuer
ſis locis poſſint verificari. patet. q2 ſicut cō
ceditur ex ꝯcluſione: ꝙ poſſibile ſit ꝙ ſocra/
tes ſimul rome ſit ⁊ heidelberge. ita videt̃ ꝙ
rome ſimul poſſit ſedere ⁊ heidelberge ſtare
Et ideo negabit̃ ꝯn̄tia talis. iſte homo ſtat
ḡ nō ſedet. ſicut etiā negant̃ ꝯn̄tie p̄dicamē
ti vbi. q̄ tn̄ iuxta potētias naturales nō ha
bent inſtātias. Bn̄ eīm ſequit̃ ſecluſo mira/
culo. ſocrates eſt rome. ḡ nō eſt heidelberge
quā tn̄ tūc negabim⁹. ſic ⁊ negat̃ hec. Cor/
pus xp̄i eſt rome. ḡ nō ē heidelberge. ¶ Se
cūda ſuppoſitio. ꝙ nulli termini contradi/ Suppo
ctorij ſibi ꝯnuicē: debent ꝯcedi de eodē reſpe/ ſitio. 2.
ctu eiuſdē tꝑiſqꝫ eiuſdē adequate ꝓpter cō
cluſionē. ptꝫ. q2 cū reſpectu eiuſdē tpis ad/
equate ab affirmatiua ad negatiuā: variā



...VERSITARIA DE ...ANADA

do p̄dicatū ꝑnes finitū ⁊ infinitū: ſecluſa
trinitate vel termīs ꝓ ea ſupponētibꝫ vale
at ꝯñtia: vt d̓r.ij.ꝑihermenias. ſi tu ꝯce/
deres ꝙ ſocrates ſit ſedēs: ⁊ ꝓ eodē tpe ad/
equate ſit nō ſedēs.tu haberes ꝯcedere ꝯ/
dictoria. Sequit̄ em̄. Socrates ꝓ iſto tpe
eſt nō ſedēs.ḡ ſocrates eſt nō ſedēs ꝓ illo tē
pore: ⁊ ꝓ eodē eſt ſedēs ꝑ affirmatiuā.⁊ ſic ſi
mul eſſet ſedēs ⁊ nō eſſet ſedēs. h̄ implicat
Corre.1 ꝯtradictionē. ¶Correlariū p̄mū.arguēdo
a p̄dicamēto negatiuo infinito cū addito
ad ip̄m ſine illo addito: ſtāte ꝯclōne etiaꝫ
nō oportet ꝯñtiā valere.ptꝫ ex ſuppoſitōe.
Nō em̄ ſeq̄t̄. Socrates ē nō ſedēs heidel/
berge.ḡ ſocrates eſt nō ſedēs. q2 ſil̓ cum illo
ſtat ꝙ eſt ſedēs ꝓ eodē tpe adequato alibi.
Corre.2 ex q̊ ſimul eſt i diuerſis loc̄.¶Scōm corre
lariū.nec ob ꝯcluſionē ꝯcedēdi ſunt termi/
ni p̊uatiue oppoſiti de eodē reſpectu eiuſdē
tpis adequate.ptꝫ.q2 cū tales includāt cō
tradictorie oppoſitos: iā ſeq̄ret̄ oppoſitum
ꝯclōnis. Vñ q̄uis ſocrates curreret rome
⁊ q̇eſceret heidelberge: nō eſſet ꝯcedēdū: ꝙ
moueat̄ ⁊ q̇eſcat.q2 cū q̇eſcere ſit nō moue/
ri: ſeq̄ret̄ ꝯtradictio: ſcꝫ ſocrates q̇eſcit ⁊ ſo/
crates nō mouet̄. ⁊ vltra.ḡ nuſq̄ mouet̄. et
Corre.3. mouet̄ rome.hec aūt nō cōpatiunt̄ ſe vt no
tū.¶Tertiū correlarium. ꝯñtie tales: q̇eſcit
heidelberge.ḡ q̇eſcit. p̊uat̄ motu heidelber
ge.ḡ p̊uat̄ motu.⁊ ꝯſil̓es erūt negāde: eo ꝙ
Suppo ꝯtradictio ſeq̄ret̄.¶Tertia ſuppoſitio. oīs
ſitio.3. diſpoſitio q̄ inducit̄ ſocrati heidelberge: eti
am inducit̄ ſocrati q̇ eſt rome: ſtāte ꝙ ſimul
eſſet rome.ptꝫ.q2 eſt idē hō. Vñ ſi vulnera
ret̄ in heidelberga: ſocrates q̇ eſſet rome vul
neraret̄. q̄uis null⁹ ei malū faceret ī roma.
⁊ ſi moreret̄ ī heidelberga ip̄e q̇ eſt rome mo
reret̄.⁊ cū eſſet h̄ mortu⁹: etiā eſſet ibi mor/
tu⁹. Cum em̄ ſit vn⁹ ⁊ idē ſi hic morit̄: aīa
poſt mortē nō erit in ſuo corpe.q̄re nec Ro
Corre.1. me erit ī corpe nec alibi.¶Correlariū ex cō/
cluſione nō oportet ꝯcedi.ꝙ idē ſimul cale
fiat ⁊ frigefiat ſm̄ idē ſui.ptꝫ. q2 ſi ſocrates
heidelberge eſſet ꝓpe calefaciēs. puta ꝙ ibi
pl⁹ īduceret ſibi de caliditate q̄ꝫ de frigidita
te.⁊ rome eſſet ꝓpe frigefaciēs qd̓ ſibi rome
pl⁹ induceret de frigiditate q̄ꝫ de caliditate.
nō ꝓpter h̄ debet dici de eo ꝙ calefiat ⁊ frige
fiat ſil̓ ⁊ ſemel ſm̄ idē ſui.¶Si em̄ agentia
ſint eq̄ fortia: vnū in calefacere ⁊ aliud ī in
frigidare: ⁊ ſm̄ idē applicata ſocrati: vnū i/
pediret reliquū.⁊ ꝯſuabit̄ ſocrates reſpectu
illaꝝ q̄litatū ꝯtrariaꝝ ī eadē diſpoſitione.

¶Si aūt vnū fuerit forti⁹ alio: motu illi⁹ 2
alterabit̄: vt ſi forti⁹ eſſet calefaciēs q̄ꝫ infri/
gidans: calefiet ſocrates. ſi aūt infrigidās
forti⁹ fuerit: infrigidabit̄ ſocrates. patet ex
ſuppoſitiōe.q2 oīs diſpoſitio q̄ inducit̄ ei ī
vno loco: etiā inducit̄ ei qui eſt ī alio loco.
mō diſpoſitōes in ꝯtrariū tendētes recepte
in eodē ſbiecto ſeinuicē impediūt vl̓ remit/
tunt.¶Vñ ptꝫ ꝙ iſta ꝯñtia etiā nō valet. Corre.1.
calefit heidelberge.ḡ calefit. q2 ſtat ꝙ alibi
pl⁹ infrigidet̄ ſic ꝙ ſbiectū ꝯtinue pl⁹ recipi
at de frigiditate q̄ꝫ de caliditate. ⁊ ſic oppo/
ſitū ꝯñtꝭ ſtabit cū añte. Eodē mō nō ſequit̄
frigefit rome.ḡ frigefit.¶Scōm correlari/ Corre.2
um. Socrates ī caſu ꝯcluſiōis poſſet ſe p̄/
ſeruare rome: ꝙ ī medio ignis poſit⁹ heidel
berge nō cōbureret̄.pꝫ ſi poneret ſe ī ſitu ibi
q̇ tantū eū infrigidaret vel ampli⁹ q̄ntum
ignis in q̊ hic eſſet poſit⁹ calefaceret.q2 ſer/
uaret̄ in medio tp̄amēto .¶Ex q̊ tertio ꝯce Corre.3
dendū eſt ꝙ in h̄ caſu modica nix vel glaci
es extñs rome p̄ſeruaret corp⁹ heidelberge:
ne lederet̄ ab igne.ptꝫ.ex q̊ ſimul eſſꝫ ibidē:
⁊ eſſet ei p̄ſeruās applicatū ibi qd̓ ip̄m p̄ſer
uaret a calefaciētibꝫ hic.¶Ex q̊ q̄rto ꝯcedē Corr.4
dum eſt.ꝙ ſi idē lignū hic ⁊ ibi poneret̄ ad
ignē.ſi eſſent ignes eque fortes: ip̄m in du
plo citi⁹ eſſet cōbuſtū q̄ꝫ ſi in altero loco ſo
lum eſſet poſitū ad ignē. Itē in vtroq̄ꝫ loco
ſolū medietas ignis generaret̄ ex illo ligno
q̇ eſt ex eo toto nat⁹ generari.ptꝫ. q2 agens
eſſet in duplo forti⁹.⁊ ſic ī duplo citi⁹ ꝯſu/
meret̄. Itē q̄ntū hic generat̄: tantū ibi. ⁊ ſic
vtrobiq̄ꝫ p̄ciſa medietas. Si ꝟo alteꝝ for/
tius eſſet: h̄ pl⁹ de ligno ī ſui naturā ꝯuerte/
ret. Vñ termini ꝯtrarij p̄dicamētoꝝ q̄lita/
tis vel paſſiōis: non ꝓpt̄ ꝯcluſionē oportet
ponere de eodē¶Quinto.ex eodē fundamē Corre.5
to eſt ꝯcedēdū.ꝙ ſi rome eſt feſſus.ip̄e Hei
delberge eſt feſſus.ptꝫ.q2 cū ſit idē hō vbi/
cūq̄ꝫ fuerit ſibi īducta fatigatio: ip̄e ꝑ illaꝫ
vbicūq̄ꝫ fuerit feſſus erit ꝑ ſuppoſitionem.
¶Sexto.ꝙ licet rome ⁊ heidelberge diſtin Corre.6
cta opa poſſit facere: nihilomin⁹ īpediēt ſe
aliquo mō opa q̄ facit ſil̓: ſic ꝙ nullū eoꝝ
erit ita ꝑfectū ſicut ſi ſolū ip̄m faceret patꝫ
ex p̄cedēte.q2 cū fatigat̄ opando heidelber
ge: nō pōt tantū ꝟtutꝭ impēdere opi qd̓ fa/
cit rome.ſic ſi nō hic fatigaret̄. ⁊ ecōtrario.
¶Scd̓o etiā q2 opa hoīs exigūt attētionē 2
intellect⁹ ⁊ electionē volūtatꝭ.mō impoſſi/
bile eſſet ꝙ ꝟtus finita equalit̄ eſſet intēta
ſimul ⁊ ſemel cuilibet pluriū: ſicut ſi tm̄ cir/

Suppoſitio.4 ca vnū eoꝝ exiſteret occupata. ¶ Quarta ſuppoſitio. ꝙ ī caſu ↄdīonis nihil ꝓhiberet illud corp⁹ ſimul aſcēdere ⁊ deſcēdere. patȝ. qꝛ ex q̄ in ſcdo correlario ꝑme ſuppoſitiōis dictū eſt ꝙ ex ↄdīone ſeq̄r termīos: diſtinctos ſit⁹ importātes: vt ſedere: ſtare: verificari de eodē. ita etiaȝ videt̄ cōcedendū eſſe: terminos diſtinctos mot⁹ iportātes: ſil' illi cōpetere: vt ꝙ heidelberge aſcēdat turrim ⁊ ꝙ rome deſcēdat ī puteū. Vn̄ ſicut vna manu mota ſurſum aīa aſcēdit ad motū eius ⁊ alia manu mota deorſum: ſimul eadē aīa deſcēdit cū illa. ſi g̃ mouerent̄ ſic man⁹ diuiſe a toto ⁊ cōſeruate cū aīa intellectiua eas informāte. nō oporteret dubitare q̄n eadē aīa intellectiua ad motū vni⁹: p accidens moueret̄ ſurſum. ⁊ ad motū alteri⁹ moueretur deorſum. q̄uis in toto exiſtēte hoc non oporteat. qꝛ altitudo aīe attēdet̄ iuxta ſitū mediū corpis toti⁹ qđ informat. Ita videtur eſſe de corpe totali qđ ſimul eſt in diuerſis locis. ꝙ ī vno eoꝝ poſſit aſcēdere ⁊ ī alio

Confir. poſſit deſcēdere. ¶ Et ↄfirmat̄. qꝛ q̄d ꝓhiberet ꝙ ideȝ corp⁹ dn̄i ab vno p̄ſbro portaret̄ ſurſum ⁊ ab alio deorſum. vl' ab vno ad oriens ⁊ ab alio ad occidēs ſimul ⁊ ſem̄l. ¶ Iteȝ

Nota ex alio. qꝛ cātat eccl'ia ꝙ b. petr⁹ apl's vidit ſibi xp̄m occurrere: adorans eū dixit. Dn̄e q̄ vadis. ⁊ nō videt̄ dubiū q̄n tūc fuerit corpus xp̄i cū aīa in celo: vt dicit beat⁹ Aug⁹. ca. xl. libri de ſmone dn̄i. ⁊ ponit̄ de ↄſe. diſ. ij. ca. ꝑma hereſis. Donec ſeculū finiat̄ ſurſum eſt dn̄s. fuit g̃ tūc xp̄s in diuerſis ſitibus circūſcriptiue. ſ. in celo ⁊ ī terra obuiās petro. quare g̃ nō eadē rōne ſil' potuiſſet fuiſſe in alio ſitu: ⁊ motu cōtrario fuiſſe motus: vt ſi obuiādo petro mouebat̄ ad occidens. in alio ſitu fuiſſet mot⁹ ad oriēs. nullum videt̄ eſſe incōueniēs. ¶ Correlariū. cō

Corre. ceſſa cōcluſiōe videbit̄ cōcedēdū ꝙ termini p̄dicamēti vbi mot⁹ exꝑmētes vocari ↄtrij: ſimul eidē p̄ñt ineſſe ī caſu poſſibili. patet ex ſuppoſitiōe. qꝛ in vno loco poſſȝ aſcēdere ⁊ ī alio deſcēdere. Nec mirꝫ. qꝛ mot⁹ nō dicunt̄ ↄtrarij niſi rōne terminoꝝ. Si g̃ cōcedis corp⁹ eſſe ī diuerſis loc̄ q̄ ſunt diuerſi termini ad quē. q̄tomag̃ ↄcedes ipm ſil' poſſe moueri motib⁹ ad illos termios ſil' et ſemel. Q, em̄ apud phos mot⁹ de vbi dicūtur ↄtrarij: h̄ ꝑncipalit̄ eſt rōne incōpoſſibilitat̄ terminoꝝ. qꝛ nō eſt potētia naturali:

Suppoſitio.5. ſecluſo miraculo poſſibile idē corp⁹ ſimul ⁊ ſemel eſſe ī diuerſis loc̄. ¶ Quinta ſuppoſitio. Ex ↄdīone ſeq̄t̄ ꝙ aliq̄d pōt eſſe vnū in numero. ⁊ a ſenſu iudicari plura. ptȝ. quia ſenſus viſus iudicat multitudinē iuxta conum pyramidis diuerſe: quē ꝓſpectū facit in oculo. nō ſi idē numero viſui obijceret̄ ī diſtinctis ſitib⁹ diſcontinuis nō eſt dubiū q̄n erūt duo coni diſtincti duarū pyramidum. quaꝝ vna ꝑcedit ab vno ſitu: ⁊ alia ab alio ſitu. g̃ q̄uis ſit vnuȝ: tn̄ viſus in eo ſtatu taȝ interior q̄ exterior ipm appͤhēdit vt plura. ¶ Quib⁹ p̄miſſis videt̄ facile rn̄dendū ad has rōnes. Ad ꝑmaȝ negando Ad 1 añs. ꝙ corp⁹ qđ eſt ī vno loco: non poſſit ſil' eſſe in alio diſtāte ab illo. Obuiauit enim xp̄s petro: ſimulq̧ fuit a dextris p̄ris in celo ¶ Ad ꝓbationē ꝑmā neget̄ iteꝝ qđ aſſumitur. ſ. ꝙ corp⁹ qđ eſt ī vno loco: nō pōt venire ad aliū: niſi vel ille loc⁹ moueat̄ ad ipm 1 ⁊c̄. qꝛ iſtud nō eſt verꝫ. Corp⁹ em̄ xp̄i in ↄſecratiōe incipit eſſe ſb ſpeciebꝫ panis. q̄uis tn̄ hec moueat̄ ad eas motu locali. nec ipe ad ipm. īmo dico ꝙ xp̄s ſine omī motu locali manēs in celo: pōt ſuū corp⁹ ponere: etiam circūſcriptiue in q̄libet alio loco: ⁊ non diſcedere a celo. Sic em̄ obuiauit beato petro rome. ¶ Et nō eſt putandū ipm ꝓ tunc 2 nō fuiſſe in celo. Immo mihi videor ꝙ xp̄s rome poſſet mutare lignū in corp⁹ petri qui eſt hic. ſicut nūc mutat panē in ſuū corpus qđ tn̄ nō ꝓpter h̄ deſinit eſſe in celo. Verꝫ eſt ꝙ h̄ nō eſt cōmēſuratiue hic ſȝ q̄n equaliter hoc poſſit facere vt corp⁹ xp̄i ſit hic cōmenſuratiue: h̄ nō video. qꝛ nō video ꝙ vnum pl⁹ īplicet q̄ aliud. ¶ Ad ſcd̄am nego maiorē. ꝙ nō pl⁹ poſſit eſſe corp⁹ ī diuerſis loc̄ Ad 2 q̄ in tp̄e p̄ori ⁊ poſteriori. qꝛ corp⁹ xp̄i in altari nō pōt ſil' eſſe in tp̄e p̄ori ⁊ poſteriori reſpectu eiuſdē. eo ꝙ īplicat. qꝛ de rōne tp̄is ē: vt ptes ei⁹ nō ſint ſil'. Et g̃ implicatio eſt ꝙ reſpectu eiuſdē tp̄s ſit p̄us ⁊ poſteri⁹. vel ꝙ ſimul ſint. Nō aūt implicat ꝙ corp⁹ xp̄i ſit ſimul in diuerſis locis: put notū eſt. ¶ Ad Ad 3 tertiā primo pōt negari maior. qꝛ vtiq̧ hec ↄñtia nō valet. pōt eſſe in duob⁹ diſtinctiſ locis. g̃ in omib⁹. nā nō ſequit̄. aīa homis pōt informare diſtinctas materias cuilibet eaꝝ inherēdo toti. g̃ pōt informare omnes materias mūdi. ¶ Ad ꝓbatiōem maioris 1 cū dr̄ ꝙ nō ſit maior repugnātia ad plura: q̄ ad duo. poſſet dici ꝙ ſicut certā q̄ntitatē nata eſt aīa informare: ⁊ nō q̄ntālibet magnā: ita etiā certo ſpacio toti: nata eſt intelligētia mouēs orbē coexiſtere ⁊ nō q̄tūlibet

magno.ſic etiã coꝛpꝰ poſſit diuerſo ſpacio
ad aliquantã diſtantiã eſſe pñs.ꝛ nõ q̄ntũ
2 libet magno.¶ Sꝫ q̇cq̇d ſit de h̄.ad mino
rem d̄r.ꝙ eſſe vbiqꝫ:ſic ꝙ nõ poſſit eſſe locꝰ
ſiue ſpaciũ niſi ei toti eſſet coexiſtẽs:eſt pro
pꝛiũ dei.ſꝫ eſſe in oĩ loco q̇ eſt ꝑ rõnẽ obedi/
entialẽ q̄ deꝰ vtit̃ coꝛpe ſicut ſibi placet:nõ
implicat ꝙ coꝛpꝰ xp̄i eſſet vbiqꝫ.ſic ꝙ xp̄us
faceret ſibi coexiſtere ſuũ coꝛpꝰ in om̄i ſitu
q̇ nũc vere eſt.q: licet eſſe vbiqꝫ ꝑ naturaꝫ
ſic ſcꝫ ꝙ nõ poſſit aliq̇d ſine iſtiꝰ pñtia ſit ꝓ
pꝛium dei.tñ eſſe in om̄i loco q̇ eſt ex ratiõe
obediẽtiali:nõ eſt ꝓpꝛiũ dei.Immo põt cõ/
perere creaturę q̇ in oĩbꝫ ſubeſt dei volũtati
3 ¶Tertio põt dici ꝓpter ph̄iam ꝙ loquẽdo
de loco ꝓut eſt terminꝰ ꝯtinẽtis.ꝙ tũc circũ
ſcriptiue eſſe vbiqꝫ manẽte hac diſpoſitõe
mũdi:eſt ponere coꝛpa ſe penetrare.q: So
crates deberet eſſe in aere continẽte:q̇ eſt in
igne.ꝛ ſimul vbiqꝫ eẽ cũ aere ꝯtẽto ab igne
eſt ponere ꝙ Socrates aerem penetraret.
4 ¶Quarto.ꝙ facile eſſet deo facere lapideꝫ
in oĩ loco materiali.q: ſi ſolũ eſſet lapis po
ſitus i igne.ita ꝙ nõ eſſet aliqua alia ſupfi
cies cõtinẽs diuiſa q̄ꝫ ſupficies circũdãs.il
5 le lapis eſſet in oĩ loco materiali.¶Quĩto
ꝙ coꝛpꝰ eſſe cõmẽſuratiue in oĩ loco forma
li:implicat.q: opoꝛteret ꝙ eſſet in qualibet
pte ſui:ꝛ cõmẽſuraret̃ a q̄libet ſui pte:h̄ im/
plicat. ꝛ ꝯñtia tenet. q: reſpectu cuiuſlibet
ptis ſumi põt certa diſtãtia ad aliq̇d fixũ.
Ad.4 ꝛ ſic q̄libet ps eſt locꝰ foꝛmal̃.¶ Ad quartã
ꝙ iuxta dicta i q̄rto coꝛrelario tertię ſuppo
ſitionis:nõ eſt incõueniẽs ꝙ idẽ lignũ face
ret duos ignes ęque magnos iter ſe ſi in di
uerſis locis cõbureret̃ ſimul ꝛ ſemel ſed nul
lus eoꝝ eſſet ita magnꝰ ſicut ſi ſolũ in vno
loco cõbureret̃. Et cũ d̄r. ſi ſil' ſit Romę et
alibi.q̄re nõ poſſit poni ad ignẽ in vtroqꝫ
loco.Rñdet̃ ꝙ poſſit. Sꝫ vtrobiqꝫ erit mi
noꝛ ignis q̄ꝫ ſi tm̄ in altero cõbureret̃.q: q̇d
de eo ꝯuertit̃ in ignẽ romę:h̄ nõ ꝯuertitur i
ignẽ heidelberge.ꝛ ḡ hĩcinde erit ignis mi/
noꝛ.¶ Ad q̇ntã ꝑ idẽ.ꝙ ita eſt ꝙ eundẽ pa/
Ad 5 nẽ in numero comedere poſſit vnꝰ Romę:
ꝛ aliꝰ homo pariſiꝰ.ſꝫ ſi ęque foꝛtes ſint:et
ęquali tpe comedãt:q̄ntũ de materia illiuſ
panis ꝯuertit̃ in coꝛpꝰ romani:tãtũ de eadẽ
ꝯuertit̃ in coꝛpꝰ hoĩs pariſieñ.ꝛ p̄ciſe vtreqꝫ
tantũ valebit q̄ntũ ſi dimidiũ panẽ ſolus
comederet.Et ſic nõ eadẽ materia erit ſub
coꝛpe pariſieñ.ꝛ ſb̄ coꝛpe romani.ſꝫ medie
tas materię panis ꝯuertet̃ in coꝛpꝰ romani
ꝛ alia medietas i coꝛpꝰ pariſieñ.ſic̄ medie/
tas materię ligni ꝯuertet̃ romę in ignẽ par/
tialẽ.ꝛ alia medietas heidelberge in igneꝫ
q̇ fieret hic ex eodẽ ligno.¶ Ad ſextã.ꝙ illa Ad 6
rõ deficit in maioꝛe.ſ.ꝙ res ſe habet ſic per
foꝛmã ad ſpẽm:ſicut ꝑ q̄ntitatẽ ad locum.
nã foꝛma dat eſſe intrinſecũ rei.ꝛ iõ nequit
eſſe ꝑ vnã foꝛmã niſi vniꝰ ſpeciei ſpecialiſſi/
mę.Secꝰ eſt de q̄ntitate. q: ſup̄ma ſphęra
q̄ntitatẽ habet.ꝛ nõ eſt ꝓpꝛie i loco:vt ha/
bet̃ in.iiij.phiſic.pte p̄ma.c.vj. Itẽ ſi ſolus
ſocrates eſſet:ipe h̄ret q̄ntitatẽ. ꝛ tñ i nullo
loco eſſet. Et tertio.q: coꝛpꝰ xp̄i vere eſt i lo
co in q̇ ſunt ſpẽs facta ꝯſecratõe.ꝛ aĩa ho/
minis vbi eſt hõ.ꝛ tñ nõ ꝑ q̄ntitatẽ ꝓpꝛiaꝫ
ſuã:vt notũ eſt.Sꝫ magꝭ ad ꝓpoſitũ ꝙ res
ꝑ q̄ntitatẽ ſuã eſt cõmẽſuratiue in loco tan
q̄ꝫ in ꝯtinẽte extrinſeco.ꝛ iõ nõ eſt incõueni
ens ꝙ idẽ ꝯtineat̃ ꝑ potẽtiã ſupnaturaleꝫ a
diuerſis termĩs extrinſecꝭ.ſicut nõ eſt incõ/
ueniens ꝙ idẽ intellectꝰ plures termĩos ex/
tra inuicẽ exiſtẽtes infoꝛmet.Et nõ eſt ſi:ni
le de foꝛma.q̄ꝫuis em̄ res i ſe nõ ſit niſi vna
ꝑ foꝛmã ſuã:tñ nullũ eſt incõueniẽs ꝙ cõ/
paret̃ ad diuerſa a q̇bꝫ ꝯtinet̃.¶ Ad ſepti/ Ad.7
mam.Imaginãdo pũcta eſſe:nõ eſt incon
ueniẽs ꝑ potẽtiã dei ꝙ idẽ pũctus terminet
duas lineas ęque diſtãtes. Et cũ infert̃. ꝙ
tũc linee paralellę ꝯcurrerẽt.neget̃ ꝯñtia.ꝛ
ad ꝓbatiõem.q: illę lineę concurrũt q̇ ad
eundẽ punctũ terminãt̃.Dicit̃ ꝙ hoc ſit ve
rum:q̇ terminant̃ ad eundẽ punctũ nõ exi
ſtentẽ in diuerſis ſitibꝫ.modo iſte pũctꝰ po
nitur eſſe in duobꝫ ſitibꝫ Et ḡ licet duas li
neaſ terminet:tamẽ nõ cõtinuat eas.quia
non eſt in vno ſitu pręciſe.¶ Ad octauam. Ad.8
Tranſeat maioꝛ ꝛ neget̃ minoꝛ.Immo an
gelus mouẽs lunã eſt in pluribꝫ locis defi
nitiue. quia eſt in qualibet parte oꝛbis:ſic
ꝙ nõ ſit in aliquo loco extra oꝛbẽ.poſſꝫ eti/
am eſſe in oꝛiente ꝛ in occidente ſimul ꝑ po
tentiã dei.ꝛ nõ in ſitibꝫ intermedijs.Ad ꝓ/
bationẽ q̄ñ dicit̃ ꝙ implicatio eſſet. quia ſi
eſſet definitiue in oꝛiente:non eſſet ſimul in
occidente.quia tũc eſſꝫ ſic ibi ꝙ nõ eſt alibi
Dicit̃ ꝙ licet cõmuniter ſic deſcribat̃ eſſe i lo
co definitiue.ſcꝫ ꝙ ſic ſit hic ꝙ non ſit alibi.
tamẽ illud ponit̃ ad bonũ intellectuꝫ.Uñ
ſine dubio angelus mouẽs ſphęram ſolis
eſt in oꝛiente:ꝛ nõ circũſcriptiue. Et ḡ cum
non ſit vbiqꝫ:eſt ibi definitiue. ꝛ tamẽ cum
hoc eſt i medio ſphęrę.ſ.parte illa quę coꝛ/
reſpondet parti meridianę.Et ḡ illo quod

ſic eſt hic ꝙ non ſit alibi. debet intelligi ſic ꝙ
ſic ſit hic ꝙ ipm ſm naturã ſuã non ſit in/
differenter natũ eſſe alibi. Et ſic etiã ſi an/
gelus ſit in pluribꝫ locis: in quolibet eoꝝ
eſt definitiue. quia in quolibet eoꝝ eſt ſic:
ꝙ non ſit natus ſm naturã ſuam in quoli/
Ad 9 bet alio loco eſſe indifferenter. ¶ Ad nonã.
Si diſtare includat negationẽ: vt ꝙ aliqd
ab aliquo dicat̃ diſtare: cui non eſt p̄ſens.
negetur ꝯñtia cũ infert̃. ꝙ idem diſtaret a
ſeipſo Ad ꝓbatiõem neget̃ maioꝛ. ſcꝫ ꝙ qc
quid eſt Rome circũſcriptiue: diſtet ab eo
quod eſt Heidelberge. ⁊ non eſt preſens ei
quod eſt heidelberge. Hoc em̃ in hoc caſu
falſum eſt. ſicut falſum eſt: ꝙ om̃e quod eſt
in capite Petri: diſtet ab eo qđ eſt in pede
petri: cũ anima Petri ſit in vtroqꝫ. quia re
non diſtat a ſeip̄a. Immo eſt p̄ſens ei qđ ẽ
in pede petri. qꝛ eſt pñs ſibi: cũ ip̄a ſit in pe/
Ad.10 de petri. ¶ Ad decimã neget̃ maioꝛ. ꝙ qñ ali
qua ſm extrema cõmenſurent̃. ꝙ illud qđ
poteſt reperiri extra vnũ: poterit reperiri ex/
tra alterũ. Supꝑficies em̃ locati eſt intrin/
ſeca eius. ⁊ ğ extra illã nequit repꝑiri: ſed ſu/
perficies loci extrinſeca locato. Et ğ nullũ
1 eſt incõueniens ꝙ extra illã reperiat̃. ¶ Ad
ꝓbationẽ maioꝛis dicit̃. ꝙ quid nõis nõ
declarat illã maioꝛẽ. Unde certũ eſt ꝙ hec
ratio fundat̃ in falſa imaginatiõe. puta ꝙ
ille ſupꝑficies due ſcꝫ loci ⁊ locati ſint equa/
les. ⁊ oppoſitũ illi⁹ eſt demonſtratũ. iij. Eu/
clidis. ſ. ꝙ ſm eandẽ ſuperficiẽ non poſſunt
eſſe plures circuli equales circa idẽ centrũ.
Nec phs hoc intẽdit ꝙ ſint equales: ſed ſo
lum ꝙ eadẽ eſſet menſura. vel equalis que
menſuraret cõcauũ loci ⁊ cõuexum locati
modo ex hoc non ſequit̃: qꝫuis coꝛp⁹ ſimul
ſit extra ſuperficiẽ loci illi⁹. qꝛ illa eſt ſibi ex/
tranea ꝙ etiã ſit extra ſupꝑficiẽ locati: vl' poſ
Ad 11. ſit eſſe. qꝛ illa eſt ſibi intranea. ¶ Ad vnde/
cimã. ꝙ cõſequens nõ habetur ꝓ incõueni/
enti ꝑ potentiã diuinã. puta ꝙ dñs ſeip̄m
totiens replicaret ꝙ vſqꝫ Romaꝫ de ſeipſo
vel alio homine coꝛeã continuã conſtitue
Ad.12 ret ¶ Ad duodecimã. neget̃ ꝯñtia ꝙ illa di
ſtincta loca eſſent ſimul. Ad ꝓbationẽ cuꝫ
dicit̃. ꝙ ſicut ea que ſunt eadem vni tertio:
ſunt eadẽ inter ſe. ſic etiã ea que ſunt ſimul
cum vno tertio: ſunt ſimul inter ſe. Dicit̃ ꝙ
quicqd ſit de primo: ſcđm non eſt veꝝ. quia
ſic om̃ia loca eſſent ſimul. Sunt em̃ ſimul
cũ vno tertio. ſ. cum deo. aer aũt Socratis
⁊ aer poſt ſocratẽ ſunt ſimul cũ vno tertio.
⁊ tamen nõ ſunt ſimul inter ſe. Et ğ nõ eſt
ſimile de illis que ſimul ſunt cũ tertio. quia
talia ſepe diſtant. ⁊ de his que ſunt eadem
vni tertio: veꝝ eſt etiam vt ſepius dictum
eſt ꝙ nulla ꝓpꝛie diuiſim ſumpta ſunt ea/
dem vni tertio. ¶ Ad alias rationes. nego ad reliq̃
pꝛime ꝯñtiam. Ad ꝓbatiõem admiſſo ca rũ rõnũ
ſu conceditur ꝙ ſocrates de illo viſo iudicat vt p̄mam
de duobꝫ. Et dico ꝙ ſenſus viſus decipitur
quia obiectũ quo ad iudicandũ de ei⁹ vni/
tate vel pluralitate: eſt non bene diſpoſitũ.
eo ꝙ eſt in diuerſis locis diſcõtinuis. ſic ꝙ
ſpecies viſibiles de eo faciunt duos conos
duaꝝ pyramidũ in oculo. ſicut etiã digitiſ
cancellatis faba interpoſita iudicatur vel
appꝛehendit̃ a ſenſu exterioꝛi vt due: eo ꝙ
ſpecies ex cancellatione digitoꝝ veniũt per
diſtinctas vias ⁊ diuiſim ad ſenſum com/
munẽ. cui⁹ ſimile foꝛtius habet hic locum:
ex diuerſo ⁊ diſcõtinuo ſitu eiuſdẽ ſenſibi/
lis. ¶ Ad confirmationẽ: patet quid dicen Ad ꝯfir.
dum ex quarta ſuppoſitione Conceditur em̃
ꝙ poteſt in vno loco ſedere ⁊ in alio ſtare. ⁊
ad impꝛobatiõem illius negat̃ maioꝛ in h̄
caſu. ꝙ omne ſedens cũ quolibet ſimul ſtã
te faciat mlta. hoc em̃ falſum eſt de iſto ho
mine: ſicut etiã negaret̃ iſta. om̃e quod eſt
rome: cũ quolibet qđ eſt circũſcriptiue hei
delberge: facit multa. Immo illa maioꝛ pe/
tit recte oppoſitũ concluſionis. ¶ Ad ſecũ/ Ad 2
dam: neget̃ ꝯñtia ꝙ ſocrates eſſet eque ma
gnus ſicut tota terra. Ad ꝓbationẽ dicitur
ꝙ quodlibet eſt eque magnũ ſicut ſpacium
quod replet ſm diametrũ ſue ꝓfunditatiſ
ſemel accepte. ⁊ ğ non eſt ad pꝛopoſitum. Ad 3
¶ Ad tertiã. neget̃ ꝯñtia. quia cũ inſpiratõ
ſit motus naturalis aliquo modo oꝛdina/
tus ad refrigerationẽ coꝛdis ſupꝑcalefacti. ⁊
vt dictũ eſt talis paſſio qualis recipitur in
indiuiduo in vno loco. etiam recipit̃ in eo/
dem exiſtẽti in alio loco. quãdocũqꝫ ſocra/
tes heidelberge inſpirat: dato ꝙ ipſe ſimul
ſit rome: etiã ſocrates qui eſt rome inſpirat
Immo etiã ſimul rome inſpirat. qꝛ eadem
eſt indigentia refrigerãdi coꝛdis in ſocrate
heidelberge ⁊ rome. Et ğ quãdo hic ſpirat
ipſe exiſtẽs alibi ibi etiã ſpirat. intrat enim
ibi aer in eum ſicut hic: ſuppoſito ꝙ vtro/
biqꝫ moueat̃ motibꝫ nature cõuenientibꝫ.
Uerũ eſt ꝙ poſſit dici. ꝙ ip̄e Rome non in
digeret inſpirare nec reſpirare. qꝛ ſufficeret:
ꝙ in alio loco aer inſpiratus ſufficiẽter coꝛ
ei refrigeraret. Immo ꝙ in hoc caſu poſſet

ſemꝑ eſſe romę ꝛ nūꝙ̄ ibi vti cibꝰ.q꜡ ſuffici
enter poſſet natura ſuſtētari ex cibo alibi ſū
Ad.4 pto.¶Ad q̄rtā ꝙ nō oportȝ ꝙ ea q̄ facit hei
delberge:faciat romę.Immo vt dictum eſt
ſufficeret ꝙ hic comederet q̄uis nō ibi.Itē
poſſȝ hic aſcēdere vt dicit ſuppoſitio quar
ta:ꝛ ibi deſcēdere.Ad improbationē dr̄.ꝙ
ꝯñtia nō valet cum dicit̄: verū eſt dicere de
Socrate romę.ꝙ faciat om̄e opus qđ fac̄
heidelberge.ḡ omne illud opus facit romę
q꜡ verū eſt ħ dicere de xp̄o qui eſt hic ꝙ ꝯſer/
uat hieruſalē.ꝛ non ſequit̄:ḡ ꝯſeruat hieru
ſalem hic.q꜡ mutat̄ determinatio:ꝑut ap/
paret intuenti.q꜡ ꝓmitꝰ determinat deter
minatio localis ſocratis.Secūdo determi
nat ꝯſeruationē.Et cū dicit̄.ꝙ verū ſit dice/
re:ſi Socrates comedat heidelberge ꝙ ip̄e
ꝛ romę comedat.ptȝ.ꝙ diſtinguēda ſit illa
q꜡ li rome determiat nomē vel ꝓnomē.verū
eſt ꝙ ille q̄ eſt ſocrates romę:ille comedit.ſȝ
non romę comedit.Et hic eſſet ſyllogiſmꝰ
expoſitoriꝰ.q꜡ in minore li Romę eſt ꝑs mi
noris extremitatis:ꝛ determinatio nomis.
Sȝ ſi li romę ferat̄ ad verbū: vt ſit ſenſus
ꝙ comedat romę.patet.ꝙ nō ſequit̄.q꜡ mu
tatur determinatio.ꝛ plus ſit p̄dicatum cō
cluſionis q̄ȝ fuerit maioris.ꝛ minꝰ eſt ſubie
Ad ꝯ fir. ctū ꝯcluſionis q̄ȝ p̄dicatū in minore.¶Ad
ꝯfirmationē ꝑ idē ꝯcedit̄:ꝙ cibꝰ intrat cor/
pus ſocratis q̄ eſt romę.nō aūt intrat romę
ad aliā ſȝ heidelbergę.¶Ad tertiā dicit̄ ꝓmo ꝙ nō
ſit ſimile de paſſione quā patit̄ ꝛ de actione
quā agit.q꜡ nō poteſt cōtrarijs paſſionibꝰ
ꝓprie pati.q̄uis ad ꝯtrarios termios loca
les ſicut large vocamꝰ ꝯtraria agere.¶Se
2 cundo ꝙ cum hoc añs ſit falſum.q꜡ ſtat ꝙ
heidelberge nō romę a calido patiat̄.ſȝ ro/
me patiat̄ a frigido.Ad ꝓbatiōem dicit̄ ꝙ
non oportet ſi calefiat hic: ꝙ etiaȝ calefiat
ibi.¶Ad ꝓbationē dicit̄ ꝓmo.ꝙ nō ſequit̄
3 calefit hic ḡ plus in corꝑe recipit de calidi/
tate q̄ȝ de frigiditate.Nā vt dictū eſt ī ſup/
poſitionibꝰ:ip̄e poſſet ſimul ibi plus infri/
gidari.ꝛ ſic ſimplicit̄ plꝰ in corꝑe reciperet
de frigiditate q̄ȝ đ caliditate ¶Secūdo eti
4 am.ſi ſequeret̄:qđ tñ nō ꝓpterea ſequatur
hoc ſcȝ ꝙ plꝰ recipet romę de caliditate: q̄ȝ
de frigiditate:ſed bene heidelbergę.q꜡ forte
romę nullū calefaciēs eſt ei approximatū.
¶Ad q̇ntā.ꝙ ſocratē obuiare ſibi:nō eſt in
Ad 5 conueniēs.vel ſtare ꝓpe ſeip̄m.ſed q꜡ vnus
intellectꝰ eſt eiꝰ:ſcit bene qđ facit romę ꝛ ꝙ
2 ipſe ſit q̄ obuiat ſibijpſi¶Uñ rō fundatur

in falſa imaginatiōe.videlicet ꝙ ſocrates
veniēs de heidelberga neſciat ꝙ ip̄e ſibi veni
at obuiā de roma.vl' q̇s ſit ille q̄ ſibi obuiat
cum tñ ſit vna volūtas ꝛ electio eius.ſiue
veniat hinc ſiue illinc.Hoc de ꝓmo dubio
¶Secundū dubiū eſt ħ.Utrū xp̄s totꝰ ſit Dubiū.2
in qualibet parte hoſtię:De hoc aliqualit̄
dictum eſt in ſolutiōe quartę rōnis factę ꝯ
ꝯclōnem rn̄ſalē ꝓmi articuli.¶Uñ confor Cōclō.
miter ibi dictis eſt ꝯcluſio rn̄ſalis ad dubi
um quā reputo catholicā.Sub qualibet
ꝑte hoſtię eſt totū corpꝰ xp̄i.Probat̄ ꝓmo
auctoritate Hylarij q̄ habet̄ de ꝯſe.diſ.ij.
§.vbi pars.dicētis.ꝙ vbi ꝑs eſt corpis:eſt
ꝛ totū.Itē Innocētius tertiꝰ.Reor:ſalua fi
de maieſtatis ꝙ vbi eſt panis conſecratus
totū in ſingulis ꝑtibꝰ continet̄.¶Qđ etiaȝ Rōne.1.
ꝓbatur rōne.quia quęlibet pars ꝯuertit̄ in
conſecratione.ꝛ in nihil aliud q̄ȝ in totum
corpus xp̄i.ergo.illa ꝯñtia tenet.Et maior
ſupponit̄ ex dicendis in ſequenti quęſtione
ꝛ a magiſtro in littera.quia nulla pars pa
nis ibi manet.Minor patet.quia ſi ꝯuer
titur:vel conuertit̄ in totū:ꝛ habet̄ ꝓpoſitū
Uel in partē.ꝛ hoc non.quia tūc commen
ſurādo ad ſpēs eſſet vna pars corporis do/
minici vbi nō eſſet alia.Cuiꝰ ꝯtrarium di
ctum eſt in ꝯcluſione rn̄ſali:ad primū arti/
culum.¶Secūdo.quia ſub qualibet par/ 2
te ſpecierū eſt aliquid corpis chriſti.Uel er/
go totū.ꝛ habet̄ ꝓpoſitum.Uel pars.ꝛ eſſȝ
ibi vt ꝓus.ſ.commenſuratiue ad ſpecies.
¶Tertio quia facta diuiſione ſub qualibȝ 3
parte eſſet totū:vt dicit Hieronymus:ſer/
mone q̇ntę dominicę poſt epiphaniā.ꝛ po/
nitur de conſe.diſ.ij.Singuli.Sic em̄ dic̄
Singuli aūt accipiūt xp̄m dominū.ꝛ i ſin
gulis portionibꝰ totus eſt.nec ꝑ ſingulos
minuit̄:ſed integrū ſe p̄bet in ſingulis.Et
ꝑ diuiſionē non generat̄ ibi de nouo.nec ali
quid de corꝑe xp̄i ꝓducitur.¶Correlarium Corre.1.
In infinitarū ſpecierū hoſtia qualibet ē cor/
pus xp̄i.ſequit̄ ex ꝯcluſione.¶Secunduȝ Corre.2
Nō eſt dare nimiā ꝑtē ſub q̄ poſſit eſſe per
fectū corpꝰ xp̄i.ſequit̄ ex ꝯclōne.adiuncto
ꝙ nō ſit dare nimiā ꝑtē compoſitā.¶Terti Corre.3
um.Nulla repugnatia eſt ꝙ magnū ſit cū
q̄ntumlibet paruo:nō cōmēſuratiue.ſequi
tur ex eadē.Uerū eſt.ꝙ eſt vna alia opinio
in ꝯtrariū huiꝰ:dicēs.ꝙ ſb tota hoſtia ē to
tum corpꝰ.ſic ꝙ ſub nulla partiū añ fracti/
onem ſit totū.De quo ponūt exemplum de
ſpeculo.qđ cū ſit integrū: eſt in eo eiuſdem

obiecti vna imago. cũ aũt frangit apparet
in qualibet pte tota imago: vt docet experiẽ
tia: ⁊ demonſtrat i pſpectiua. Sꝫ quia hec
opinio nõ videt ſatiſfacere rationibꝫ ꝓ pri
ore opinione adductis. nec auctoritatibus
ideo aliã puto verã: puta ꝙ eſt totũ ſub to
ta hoſtia: ⁊ totũ ſub qualibet parte hoſtie
Dubiũ ¶ Sed queritur. Utrum ſit ibi ſemel vel plu
incidẽs ries. De hoc: dimiſſis diuerſis modis di/
ſoluitur cendi doctorꝝ q̇ in hoc diuerſificant. videt
mihi dicendũ ꝙ ſi tu de pluralitate loqua
ris in ordine ad ſitũ ſub quo eſt corp⁹ xpi:
totũ eſt ibi pluries. qꝛ eſt ibi ſub pluribꝫ ſi/
tibus. vnũ tamẽ totalẽ ſitũ facientibꝫ. ſicut
ſpecies ſub quibꝫ eſt habent vnũ totalẽ ſi/
tum quantitatis ꝯtinue extendẽtis cum q̄
Di.2 ſunt. ¶ Secũdo ꝙ hoc modo infinities eſt
ibi corp⁹ dñicũ. qꝛ ſub infinitis ſitibꝫ par/
tialibꝫ eſt ibi. vnũ tñ ſitũ totalẽ faciẽtibus
3 ¶ Tertio. ꝙ nõ eſt ibi pluries. i. ſub diuerſis
ſitibꝫ totalibꝫ q̇ non ſunt ptes alicui⁹ alte/
rius ſit⁹ totalis. qꝛ om̄es ſit⁹ ſub quibꝫ ibi
eſt ſunt ptes ſitus totalis extenſionis ſpeci
erum p̄ter eũ qui eſt in ſe ſitus totalis. non
em̄ eſt ibi niſi ſub extẽſione ſpecierꝝ illarum
⁊ ſub partibꝫ ei⁹. Ipſa aũt extẽſio eſt vnus
ſitus totalis. ⁊ om̄s ptes eius ſunt ſit⁹ par
tiales illi⁹ ſitus totalis. Et ideo corpus do
mini nõ eſt ibi ſub pluribꝫ ſitibꝫ nõ facien/
tibꝫ vnũ ſitũ totalẽ. ¶ Quarto eodẽ modo
4 quo ad temp⁹ põt dici ꝙ corp⁹ dñi eſt ibi i/
finitis vicibꝫ partialibꝫ tpis vni⁹ totalis.
quia quicq̇d p aliquod totũ temp⁹ eſt ĩ ali
quo loco eſt ibi p infinita partialia tempa
in eodẽ. Sꝫ nõ eſt ibi de lege ordinata niſi
vna vice totali. ſ. que non eſt pars maioris
tpis p quod idẽ eſt. patet. quia totũ tẽpus
p quod a p̀ncipio cõſecrationis vſqꝫ ad de
ciſionẽ ſpecierꝝ illarꝝ ibi eſt vnũ temp⁹ tota
le: menſurãs coexiſtentiã corpis dñici cuꝫ
illis ſpeciebꝫ ⁊ nõ eſt ibi amplius. Uñ non
interrumpit tps p quod ibidẽ eſt. ¶ Quĩto
5 videor mihi ꝙ ſicut p diuiſionẽ fit ibi plu/
ries pluribꝫ partibꝫ diuiſis. ſic ſub pluribꝫ
ſitibꝫ totalibꝫ fit: qui nõ ſunt partes alicu
ius alteri⁹ totalis ſitus. patet. quia iã ſũt ĩ
plures ſitus totales ſpecierꝝ p diuiſionem:
qui non faciũt vnum. ¶ Sexto videor mi
6 hi. ꝙ in ordine ad ſubſtantiã ſituatã coexi
ſtentẽ illis ſpeciebꝫ: ibi non fit niſi ſemel. ſi/
ue diuiſum ſit ſiue non. patet. quia illa eſt
corpus dominicũ. et illa eſt preciſe ibi vna
⁊ non multe. Non em̄ ſunt ibi multa cor/
pora dominica ſed vnũ. Unde in ordĩe ad
eam ꝙ ipa eſt idem ⁊ vn⁹ chriſtus. i. vna ⁊
eadem res ſituata eſt ſub infinitis ſitibus
partialibꝫ ſpecierũ. Immo etiã ſub diuer/
ſis ſitibꝫ totalibus ſpecierũ: vt ſub pluribꝫ
hoſtijs conſecratis vel ſub pluribus parti
culis abinuicẽ diuiſis: iam aliũ ſitũ totalẽ
facientibꝫ. Et hec ſunt facilia ⁊ nota fideli
De quibus plus diſputare eſt penitus in/
fructuoſum. Hoc de ſecũdo dubio. ¶ Ter/ dubiũ 3
tium dubiũ eſt. Utrũ ad omnẽ alteratio/ Soluit
nem illarũ ſpecierꝝ deſinat corpus domini
eſſe ibidẽ. vel ad aliquã ⁊ ad aliquã non. ⁊
ſi ad aliquã: ad quã ⁊ ad quã non? Ad qḋ
dicit primo. ꝙ non ad omnẽ deſinit ibi eſſe
quia tunc nulla mora ibi remaneret. ꝓbat
ꝯñtia. quia cũ ille ſpecies recte patiant: ſic
patiebat panis: ⁊ nulla mora eſſet ſb qua
non alteraret panis. eo ꝙ mediũ circũſtãs
⁊ influentie celi ſemp alterãt hec inferiora.
Etiã nulla mora eſt in qua non alterantur
ſpecies. ſi ḡ nulla alteratõe facta remaneret
ibidẽ: nullo tempe toto remaneret. ¶ Se/ 2
cundo dicit. ꝙ ſub omni alteratione ſub q̄
remaneret panis manet corpus dñi. q̄ ad
ſpecies panis. ⁊ quãdocũqꝫ deſineret eſſe pa
nis: etiã deſineret eſſe corpus domini: in eo
ſitu in quo ille fuerunt. patet. quia domin⁹
inſtituit vt ſpecies panis eſſent ſui corpis
ſacramentũ. ⁊ ḡ quãdo deſineret eſſe panis
propter alterationẽ nimiam: nõ ammodo
eſſet ibi corpus dñi. quãdo autẽ remaneret
non deſineret. ſic em̄ ſignum benedicte rei ſi
gnate correſpondet. ¶ Unde correlariũ bre
uiter dicendũ eſt ꝙ tamdiu manet: q̄ꝫdiu Corre.1
panis remaneret. et tunc ceſſat ibi eſſe cor/
pus dñi quãdo ceſſaret ibi eſſe panis ¶ Ex
quo ſoluit quartũ dubium. Utrũ ibi deſi/ dubiũ 4
nat eſſe ſimul vel ſucceſſiue? quia dicẽduꝫ ſoluitur.
eſt ꝙ in ordine ad ſpecies que ſucceſſiue al/
terantur: ſic ꝙ ſucceſſiue ſub eis deſineret eẽ
panis: corpus dñi deſinit eſſe ibi ſucceſſi/
ue. quia in ſucceſſiua alteratione illarũ ſpe
cierum: continue eſt ſub minori ſituatione
earum. ſicut continue panis fieret minor.
¶ Secundo. ꝙ in ordine ad corpus domi/
ni hoc deſinit ibi eſſe inſtantanee. ſ. in inſtã 2
ti in quo eſſet primũ non eſſe illius panis.
ſicqꝫ nihil eſſet ibi de illo pane: etiam nõ eſt
ibi corpus dominicũ nec aliqua pars eius
Hoc de quarto dubio. ¶ Quintum dubiũ dubiũ 5
Utrum mota hoſtia conſecrata ſimul mo mouet
ueatur corpus dñi? Ad quam queſtioneꝫ

eſt prima concluſio. ꝙ mota hoſtia motu
corruptionis: augmentationis: diminuti/
onis vel alterationis: non mouet corpꝰ do
mini. patet. quia non eſt corpus glorifica/
tum natū illis motibus moueri. Sed de
motu locali quo corpus glorificatū natuꝫ
eſt moueri. quia poteſt ſe mouere ſucceſſiue
Nota ſi vult. maius eſt dubiū. ¶ Pro quo notā/
dum eſt ꝙ vt vult phus. v. phiſicorum. ali
quid mouet localiter dupliciter. Uno mo
do per ſe. quia eſt totale motum: a motore
principaliter mouente. ſicut nauis cū his
quę in ea ſunt mouetur ī flumine tracta vł
ducta: alio motu q̄ꝫ eſt motus fluminis.
2 ¶ Alio modo mouetur aliq̄d per accidenſ
ſcꝫ quia eſt in principaliter moto: vt acci/
dens vel vt pars vel vt contentū: vt albe/
do ad motum ſubiecti quod mouetur. di/
gitus ad motū hominis. nauis ad motuꝫ
fluuij: quando pręciſe eius motu mouetur
¶ Tūc ad dubiū eſt prima ꝓpoſitio. Mo
Cōcl'o .1 ta hoſtia conſecrata localiter: nō mouetur
ꝑ ſe localiter corpus dn̄i. ptꝫ primo. qꝛ mo
uetur ſolū ad motū continentis. ſ. ſpecierū
ſub quibus eſt: quę dicūtur ipſum contine
re: inquantū vbiqꝫ ſub eis eſt: ꝛ nuſq̄ꝫ ī me/
diate extra eas eſt. ¶ Secundo. quia in eo
2 non eſt motus. modo quod per ſe mouetur
Cōcl'o. 3 in eo eſt motus. ¶ Secūda ꝓpoſitio. ꝙ ea
mota: corpus dn̄i mouetur ꝑ accidens. pa
tet. quia mouetur ad motū ꝯtinentis. mu
Cōcl'o 4 tat em̄ ſitum vna cū ipſa hoſtia. ¶ Tertia
concluſio. Uidet mihi vera ꝙ corpus dn̄i
ibi mouetur volūtarie: a voluntate ſimul
cū eo exiſtente. ꝛ cū hoc a motore creato ex
trinſeco hoſtiā mouente. patet prima ꝑs.
quia mouet per p̄cedentē concluſionem. et
hoc quia volūtas diuina ſimul cū corpore
dn̄i exiſtens: ita inſtituit ſuū corpus moue
ri. ꝛ etiā a volūtate creata ſibi inherente: q̄
omnino vult fieri hoc de ſuo corpe: qđ vo/
Pars. 2 luntas dei de eo fieri decreuit. ¶ Secūda ꝑs
concluſionis patꝫ. quia ſacerdos leuat cor
pus domini: leuādo hoſtiam conſecratā: ꝛ
portat ad infirmū Leuare eſt mouere. por
tare eſt mouere. Itē ſi ex negligentia ſacer/
dotis hoſtia conſecrata cadat ad terram:
grauitas eā mouet deorſuꝫ: ſicut trahit ali
as ſpecies ſecū deorſum: eo ꝙ eſt grauitati il
le locus naturalis. ꝛ ſic ſimul trahit corpꝰ
dominicū. Hęc ſunt mihi p̄ncipia: nec ali/
ud video. Q, aūt iſte motor ſit intrinſecꝰ
corpori dn̄ico: patet de ſe. qꝛ nec ſacerdos:
nec grauitas eſt intrinſeca corpi xp̄i vero.
¶ Contrariū huiꝰ concluſionis dicit magi Opponit
ſter Thomas de Argentina. q. ij. arti. vlti/
mo. in ꝯcluſione. iij. diſtinctiōis. x. lib. q̄r/
ti. Dicit em̄ ſic ꝓ ꝯcluſione illa. Mota ho
ſtia: corpus xp̄i nō mouetur ab aliqua pu
ra creatura mouēte ipam hoſtiā. Probat
ſic. quia qđ creatura non attingit: non po
teſt mouere. ſed creatura non attingit mo/
uendo hoſtiā corpus chriſti actiue. g̊ non
mouet ip̄m. ꝯn̄tia eſt nota. Et maioreꝫ re/
linquit notam: ꝑ phm̄ p̄mo de generatio/
ne. quia vtiqꝫ mouens tangit mobile. Et
minorē probat. quia corpuſ chriſti non eſt
alicui creaturę localiter approximatū. cum
non ſic ibi localit' vel cōmenſuratiue: vt di
ctum eſt. ¶ Sed hęc ratio ſalua reuerentia Sol'o.
doctoris non videtur vera. Mirum enim
eſſet ꝙ malus homo poſſet hoſtiā cōſecra/
tam ꝛ verū corpus domini ſacramentaliter
maſticare ꝛ manducare ꝛ deglutire. ꝛ tamē
non mouere localiter. Immo deglutire eſt
mouere. Item cuꝫ hoſtia cadit ad terram:
mouet eam ſic ſolus chriſtus cū ſuo corpo
re. in quo g̊ peccat ſacerdos. Si auteꝫ gra/
uitas mouet hoſtiā ꝛ ex conſequēti per acci
dens corpꝰ domini. quia hoc eo motu mu/
tat ſitum. g̊ pura creatura ipſum mouet. Ratio
¶ Nec ratio iſtius venerandi magiſtri ali/
quam apparentiā habet. Dicit enim ꝙ cre
atura ideo non mouet hoſtiam: quia non
eſt ſibi localiter approximata. ¶ Eodē mo 1
do haberet dicere: ꝙ nulla creatura moue/
ret animā hominis localiter. quia non po/
teſt eſſe in loco cōmēſuratiue. ꝛ ſic nulla cre
atura eſt illi localiter approximata. ¶ Si/
mili modo argueretur: ꝙ qualitas aīę vt 2
conceptus ſcientię ꝛ virtutis: a nulla crea
tura poſſent moueri: cū nulla creatura poſ/
ſit eis localiter approximari. quia talia nō
poſſunt eſſe ꝑ ſe in loco. nec cōmenſuratiue
cū non extendi poſſint nec ſubiecto quanti
tatum inherere. ¶ Et g̊ ad rōnem eiꝰ dico.
ꝙ creatura poteſt ſufficiēter attingere corpꝰ 3
dn̄i: cū ad ip̄m mouendū ꝑ accidens eleuā
uando vel ad infirmū portando vel etiam
ſpecies inferius trahēdo ex dei ordinatione
qui ordinauit: ꝙ corpus ſuum eſſet ſub il/
lis ſpeciebus ꝛ motu locali moueretur ad
motum earum ad fidelium vtilitatē ¶ Se
xtum dubium eſt. Utrum humana cogni dubiū 6
tione poſſit cognoſci in euchariſtia eſſe cor
pus chriſti. Pro quo ſupponitur ꝙ duplex

eſt cognitio.ſ.ſenſitiua ⁊ intellectiua. Et i/
tellectiua duplex. Queda͂ ex lumine natu/
rali.queda͂ ex lumine fidei ſiue ſupnatura
li.manifeſtu͂ eſt aute͂ ꝙ ex cognitione fidei:
certiſſime cognoſcit a ſacerdote fideli. eo.ſ.
qui ꝯſecrauit.⁊ ḡ de hoc non eſt q̄ſtio. Sed
eſt dubiu͂ Utru͂ cognitione naturali intel/
Nota.2 lectus hoc poſſit cognoſci.¶ Scdo eſt no/
tandum ꝙ duplex ſucceſſiue fit in itellectu
cognitio ſibi naturalis.ꝑ ſuis ſtatibꝰ diuer
ſis.vna viatoris in via. alia cõphenſoꝝ
Nota.3 in patria.¶ Tertio eſt notandu͂. ꝙ hoie͂m
cognoſcere pn̄tiam corporis dn̄i ſub ſacra/
mento pōt intelligi dupliciť. Uno modo
q2 cognoſcit ipm eſſe ibi. Scdo modo.q2
Nõ.4 cognoſcit modꝰ ſm que͂ ibide͂ eſt. ¶ Quar/
to eſt notandu͂. Illud qd ante dictum eſt:
in articulo pmo.ꝙ corpus dn̄i ſub ſacrame͂
to eſt ſub ſua vera quantitate ⁊ alijs ꝓprie
tatibꝰ accidentiu͂:ſ3 no͂ cõme͂ſuratiue q̄ ad
Cõclo.1 ſpe͂s.¶ Quibꝰ pmiſſis eſt pma ꝯcluſio hec
ꝙ nullꝰ ſenſus viatoris pōt cognoſcere cor/
pus dn̄i inq̄ꝫtum ſpeciebꝰ occultať ſb ſacra
mento.quia quilibet talis ſenſus idem ⁊ ſi/
mile apprehe͂dit ibi poſt ꝯſecratione͂:ſicut
antea.modo antea no͂ apprehe͂dit ibi cor/
pus dn̄i.ḡ nec poſt. Patet maior.q2 in nul
lo ꝑ ꝯſecratione͂ mutanť ſpecies q̄ mouent
ſenſus. Et patet minor.q2 an̄ ꝯſecrationeꝫ
non eſt ibi corpus dn̄i nec aliqd ſignum ꝓ
Cõclo.2 prium eiꝰ.¶ Scda cõcluſio.nec intellectuſ
puri viatoris cognitione q̄ ex naturalibuſ
pōt haberi:pōt cognoſcere ibi eſſe corpꝰ dn̄i
patet.q2 hoc no͂ eſt ei ꝑ ſe notu͂ nec ex ſenſu
notu͂ nec experie͂tia vel nec ex his deducibi
argu.1 le.¶ Forte diceť.ſi ſit inintelligibile:erit eti/
am inenarrabile.ꝑ illud auctoris de cauſiſ
Quod excedit intellectu͂:excedit narratio/
nem:modo vtiq3 viator poteſt vere enarra
Argu.2 re ibi eſſe pn̄tiam corporis dn̄ici.¶ Scdo
cõtra ambas ꝯclones.q2 corpꝰ xpi qn̄q3 vi
ſum eſt ſub ſacrame͂to. Igiť ⁊c. patet ꝯn̄tia
ꝓbatur an̄s.q2 tpe Gregorij dicit eccleſia:
ad eius p̄ces fuiſſe viſum ſub forma digiti
Et ſanctꝰ diaconꝰ Paſcaſiꝰ in libro ſuo de
ſacramento dicit.ꝙ cuida͂ ſacerdoti deuoto
apparuit ſb forma pulcerrimi pueri in ſa/
crame͂to eucharıſtie:que͂ deuotiſſime oſcu/
latus fuerit.⁊ ad p̄ces eius in forma͂ ſacra/
menti mutatꝰ eſt:vt poſſit ꝯuenie͂ter ſumi.
Ad.1 ¶ Rn̄deť ad pma͂.ꝙ auctor illd vocat enar
rabile:qd pmitus ab intellectu cognitum
ſermone alijs poteſt fieri notu͂:manuducti
onibꝰ ſenſus ⁊ experientie ⁊ alioꝝ ꝑ ſe noto
rum vel deductoru͂ ex his.vel coru͂ aliquo
vel pluribꝰ. Et ꝑ hoc ad forma͂.conceditꝰ ꝙ
ſit inenarrabile narratõne facie͂te fidem in
lumine naturali.quia licet vere narreť a fi/
deli.⁊ fidelis poſſit manuduci ad creden/
dum ꝙ ibi ſit corpꝰ dn̄i.hoc tn̄ eſt lumie fi
dei coadiuua͂te ⁊ no͂ in puro lumine natu/
rali.¶ Ad ſecunda͂.negeť an̄s ꝙ vnq̄ fuerit Ad.2
viſum ſub ſacrame͂to ab oculo viatoꝝ pu/
ri. Ad miraculu͂ oñſum beato Gregorio di
citur.ꝙ ille digitus vel forma eius no͂ erat
corpus dn̄i Immo ꝑ illa͂ apparentia͂ vela
bantur accide͂tia que erant ſacramentu͂ ſb
quo erat corpus domini. Et ſic erat ibi du
plex velamen.q2 ſacramentum forma car/
nis velabatur quo corpus dn̄i contineba
tur.¶ Tu dices.ḡ miraculu͂ fuiſſet inutile. replica
Rn̄deť.ꝙ ꝯn̄tia no͂ valet. Fuit em̄ ꝯueni/
ens ad firmanda͂ fide͂ plebis:que vide͂tes
panis ſpecies mutatas in carne͂ cruentata͂
etia͂ facile crederent ꝙ ad verba ſacerdotis
poſſet etia͂ in corpus domini verum verti.
¶ Forte queritur Utru͂ argumentum illud dubiu͂ i/
ſit ſufficiens. Rn̄detur ꝙ non:niſi domino cidens
interius mente͂ illuminante ⁊ fidem infun ſoluitur.
dente.⁊ cu͂ illo iuuamine fuit congrua ma/
nuductio in fide͂. Eode͂ modo diciť ꝙ ille fi
delis deuotus:de quo loquitur ſanctꝰ Pa/
ſchaſius.non vidit corpꝰ dn̄i veru͂ in vide͂
do illu͂ pueꝝ:ſ3 potiꝰ vidit ipm oculo fidei
ſub duplici velamine.ſ.pueri vela͂tis ſpe͂s
⁊ ſub velamine illaꝝ ſpecieꝝ. Dictu͂ eſt em̄
ꝙ corpꝰ dn̄i eſt ſub ſacrame͂to cu3 ſua vera
quantitate:q̄ no͂ eſt q̄ntitas pueri. ¶ Ter/ Cõclo.3
tia ꝯcluſio. Intellectꝰ puri viatoris adiutꝰ
lumie fidei pōt cognoſcere ꝙ ibi eſt corpus
xpi:⁊ modu͂ exiſte͂di negatiue.ſ.ꝙ icõme͂ſu/
ratiue ⁊ ſub qualibet pte totu͂. q̄uis no͂ va
leat poſitiue ꝓprie cõprehendere: quomõ
deꝰ illud facere valeat. Prime due ptes pa
tent ex dictꝭ. Ois em̄ fidelis ſua fide credit
ibide͂ eſſe corpꝰ dn̄i veꝝ ⁊ incõmenſuratiue
⁊c. vt pus dicta͂ eſt. S3 ſcda ps pat3.q2 in
tellectꝰ poſitiue no͂ ſufficit ꝓ hac vita cõp/
he͂dere q̄ mõ deꝰ h faciat.ꝙ maiꝰ corpꝰ totu͂
ſit ſimul cu͂ minori ⁊ cu͂ q̄libet pte eiꝰ. Ille ei͂
modꝰ eſt ſup ōem imaginatione͂ intellectuſ
viatoris.¶ Quarta ꝯclo. Nullu͂ videť in cõclo.4
cõueniens ꝙ ſenſus viſus cõphenſoris ſb
ſacro videat corpꝰ dn̄i veꝝ. q̄uis impoſſi/
bile ſit ꝙ videat eius ibide͂ eſſendi modu͂.
Prima pars patet quia dictu͂ eſt in rõni/

Dubiū, Pars.2, ꝓbat.2, replica, Solō — margin notes to the left column; Cōclō 5, ꝓbat.2 — to the right column.

bus factis ꝯtra ſcđam ptē ꝯclōnis ꝑmi ar
ticuli.ꝙ corp⁹ xp̄i verꝫ eſt ibi ſb ſua propria
quantitate.⁊ ꝙ oculus xp̄i ibi videt pedes
xp̄i:ſi vult.⁊ quare nō poſſet hoc eodē mo
do competere:oculo glorificato.ſ. beate vir
ginis vel aliorum ſanctorū qui cū corpore
eſſent aſſumpti.¶ Diceᷓ. Poſſet ne chriſt⁹
Dubiū ſe oſtendere ſub ſuo vero corpore ſub ſacra
mento oculo viatoris. Reſpondeo.ꝙ h̄ nō
reputo incōueniens.quia cū ſibi nihil reſi
ſtat:ip̄e poſſet ſe rep̄ſentare in quolibet cor
pore:ſicut ſe rep̄ntauit diſcipulis ī die ſuę
reſurrectionis:ſed tunc nō apprehenderet:
inquantū eſt ſub ſacramento occultatus.
Pars.2 ſed potius vt alius homo viſus.¶ Dedu
citur ſecūda ps.qꝛ ſenſui ille modus eſt in
comp̄henſibilis.ḡ ⁊c.ꝯñtia tenet.Et añce
dens apparet.quia ſenſus nō eſt natus p
cipere quō corpus magnū quātumlibet ſit
p̄ſens paruo.Modo corp⁹ xp̄i eſt ibi pn̄s
quātūlibet paruę quantitati ſpecierꝫ: vt di
ctum eſt.¶ Secūdo.ſenſus nō eſt nat⁹ pci
ꝓbat.2 pere:quō idem totū ſit p̄ſens toti quantita
ti ſpecierū et cuilibet parti eius.modo ita ē
ibi corpus xp̄i: vt dictū eſt in ſcđo dubio.
¶ Forte replicabiᷓ ꝯtra primā ptē ꝯclōnis
replica quia guſtus cōprehenſoris ſi pciperet ſpēs
ſacramenti:ꝙ corpus xp̄i ſub ipſis non gu
ſtaret.ḡ etiā viſus non videt.ꝓbatio ꝯñtie
quia quare potius deberet viſus habere co
gnitionē ſuam ex obiecto corporis domini:
magis ꝙ̄ guſtus ex eius comeſtione.¶ Re
Solō ſpondeᷓ.ꝙ illa ratio fundat ſe in dubio mł
tum dubitato.Eſtimo tñ ꝙ ſenſus corpis
glorificati perfectiſſime iudicāt de ſuis obie
ctis.Et ḡ poſſet dici.ꝙ ſi panē comederet:
guſtus corpis glorioſi ita bene moueretur:
⁊ iudicaret de eius ſapore.immo melius ꝙ̄
guſtus hic inferius.Et ḡ guſtus beatę vir
ginis ſi ſpecies ſumeret ſiue ſacramentū eu
1 chariſtię.ita bene pciperet ibi ſaporē panis ſi
cut viator qui ſumit.non dico tñ: vtrum ī
illo ſapore delectareᷓ vel nō.quia h̄ ſpectat
ad materiā de reſurrectione.¶ Scđo diciᷓ.
ꝙ corp⁹ dn̄i verū ſub ſua ꝓpria ſpecie dele
2 ctat viſum beatorꝫ ſꝫ non guſtū.qꝛ ſub illa
ſpecie eſt ibi natū videri:ſꝫ non p modū ci
bi ſumi.Et iō etiā ſi añs eſſet verꝫ ꝯñtia nō
eſſet bona.qꝛ corpus dn̄i ſub ſua naturali
quantitate ſ̄ba natū eſt videri.ſed nō come
di ad modū cibi.Et illa eſt iō quare xp̄us
vbicunqꝫ eſt ſub ſua vera quantitate: ibi
natus eſt ab oculo glorificato videri:ſꝫ nō

a guſtu ſenſitiuo guſtari.¶ Quinta conclu
ſio.videᷓ mihi ꝓbabilis ꝙ intellect⁹ angeli Cōclō 5
cus vel beatus poſſit in ṽbo videre moduꝫ
quo xp̄s eſt ſub ſacramento.patet ꝑmo.qꝛ
que hic creduntᷓ:ibi clare videbuntᷓ.ſꝫ nūc
modus ille crediᷓ.ḡ ibi clare videbiᷓ.ꝯñtia
nota eſt Et maior patet per illud apl̄i.j.ad
Chor.xiij.Cū venerit qđ ꝑfectum eſt: eua
cuabiᷓ qđ ex pte eſt.ḡ ibi plene cognoſceᷓ.
Item Ps̄. Nunc cognoſco ex parte: tunc
autē cognoſcam ſicut cognitus ſum. Mi
nor nota eſt de ſe. Hoc etiā poſſet cōfirmari
per illud pſalmi.xlvij. Sicut audiuimus
ſic vidimus in ciuitate dn̄i virtutū. ḡ quę
hic auditu fidei credimus:ibi clare videbi
mus.¶ Secūdo ꝓbaᷓ ꝯcluſio ſic. Intelle ꝓbat.2
ctus beati in ṽbo cognoſcit qđ mai⁹ eſt: ꝙ̄
modus quo xp̄i corpus ſub ſacramēto eſt.
ḡ pōt etiā in ip̄o clare videre illū modum.
ſeu intelligere.ꝯñtia tenet.qꝛ cū om̄ia relu
ceant in verbo:qđ pōt in eo mai⁹ cognoſce
re: etiā pōt ī eo minus cognoſcere. Añs pa
tet.qꝛ om̄is intellectus beat⁹ in verbo cla
re videt maieſtatē:ſcꝫ trinitatē in vnitate:
⁊ vnitatē in trinitate. hoc autē eſt mai⁹ ad
cognoſcendū ꝙ̄ aliquod eorum quę depen
dent ex vnione creaturarum. Hoc de iſto
dubio ⁊ ex cōſeq̄nti de toto tertio articulo

# His premiſſis re

ſpondeᷓ ad rationes ꝑncipales. Ad ꝑmaꝫ
que facta fuit contra primū ſuppoſitum.
negetur añs quicq̄d ſit de ꝯñtia. Verū eſt:
magiſter Henricus de gandauo et illi qui
ſunt de alia opinione:reputantes ꝙ impli
cet contradictionē:eſſe idem corpus in di
uerſis locis.negarent ꝯñtiam.et cōcederēt
añs.Et dicerent:ꝙ non ſit inconueniens:
idem corpus realiter eſſe in altaribus di
ſtinctis.ꝙ̄uis non circumſcriptiue.¶ Ad 1
probationē antecedētis primā quando di
citur ꝙ idē poſſit moueri motibꝫ cōtrarijs.
patet quid dicendū ex dictis in primo du
bio tertij articuli. Dictū eſt em̄ ibi in ꝑmo
correlario tertię ſuppoſitionis ꝙ nō ꝓpter
hoc ꝙ idem circūſcriptiue eſſet in diuerſis
locis:oporteat cōcedere ꝙ idē ſimul calefi
at ⁊ frigefiat.¶ Et quādo dꝛ ꝙ poſſit ī vno
calefieri ⁊ in alio infrigidari:dictū eſt ibidē 2
in ſuppoſitiōe tertia.ꝙ qꝛ oēm diſpoſitiōeꝫ
quā in ſe recipit:illam in ſe recipit vbicun
qꝫ fuerit. ꝙ quāuis poſſit in vno calefieri

⁊ in alio infrigidari. ꝙ ſi motus ſunt ęque
fortes: tunc illud corpꝰ nec calefiet nec fri/
geſiet. Si vero alter motuum fuerit fortior:
5 tunc mouebit̃ ſcḋm exigentiā fortioꝛ. ¶ Item
conceſſum eſt ibidē ī vltimo correlario ſup
poſitionis quartę. ꝙ termini vocati contra
rij de p̄dicamēto vbi vel de p̄dicamēto acti
onis: vt deſcēdere: aſcendere: poſſint ſimlˀ de
Ad.2 eodē verificari. ¶ Ad ſcḋam ꝓbationē añtꝫ
neget̃ ꝯñtia. ꝙ idē poſſit moueri ⁊ quieſcere
ſimul ⁊ ſemel. Ad ꝓbationē ꝯñtię. ꝙ nō ſe/
quit̃. hoſtia quieſcit: g̃ om̄e qḋ eſt in ea q̇e/
ſcit. qꝛ quieſcere eſt nō moueri. mō licet cor
pus dñi quieſcēte hoſtia nō moueat̃ in ea.
nō eſt inconueniens tñ ꝙ moueat̃ alibi ad
motū ſacramēti. Vñ non ſequit̃. Non mo/
uetur hic. g̃ nō mouet̃. ſic etiā nō ſequit̃. q̇e/
ſcit hic. g̃ quieſcit. vt dictū fuit ī illo dubio
Ad.3 in correlario tertio ſuppoſitōis ſcḋę. ¶ Ad
tertiā ꝓbatōem. ꝙ nō ſit incōueniēs ꝑ potē
tiam dei ꝙ idē obuiaret ſibi: vt dictum fuit
ſoluēdo vltimā rōnem factā ꝯtra ꝯclionem
rñſalem illiꝰ dubij. ¶ Ad quartā. neget̃ ꝯſe
quētia qua infert̃. ꝙ idem poſſit eſſe miſer ⁊
damnatꝰ in inferno ⁊ beatꝰ in cęlo ſimul et
ſemel. Ad ꝓbatiōem ꝯñtię quādo dicit̃: ꝙ
idē poſſit eſſe ſimul in cęlo ⁊ in inferno. hoc
conceditur. Et neget̃ ꝯñtia. ꝙ g̃ ſimul miſer ⁊
Nota felix. ¶ Pro cuiꝰ negatione aduertendum
eſt ꝙ miſeria īportat ꝑncipalit̃ culpā. nullꝰ
em̄ ꝓprie miſer eſt vel erit ſine culpa: etiā
quantācūq; penā ſenſus ſuſtineret. Cū ita/
q; contradictionē implicet: ꝙ aliq̇s ſit in g̃/
tia ⁊ in mortali culpa: ſicut īplicat ꝙ ſimul
ſit viuus ⁊ mortuꝰ. Ideo nō poteſt eſſe idē
ſimul felix ⁊ miſer: ſicut nō pōt ſimul eſſe in
gratia dante beatitudinē: ⁊ in mortali cul/
replica pa inducēte miſeriā. ¶ Forte dices ꝙ ad mi
ſoluitur. nus aliq̇s poſſit ſimul eſſe beatus in celo ⁊
flāmis gehēnalibꝫ cremari in inferno. Re/
ſpondet̃ ꝙ verū eſt ꝙ hoc deꝰ poſſit facere de
potētia ſua abſoluta ſicut de ordinata fecit
ꝙ in paſſione ſaluatoris nr̄i aīa fuit ſimul
ſumme beata: ⁊ ſb maxima hꝰ vitę pena ſen
ſus. Sꝫ ſi dñs nō ſpeciali diſpenſatiōe p̄ſer
uaret ꝯtraria ineſſe ſimul: nō ſic ſimul con
uenirent. vt ſi beatus petrꝰ aſſumpto corpo
re glorioſo in celo: ⁊ ſimul poneret̃ cū eodē
corpe in inferno: nihil poſſit ignis in ipſum
agere. glīa em̄ animę in celo redderet corpꝰ
glorioſum: ⁊ ſic impaſſibile ab igne. ſicut de
Ad.5 hoc dictū fuit in tertio li. de paſſiōe chriſti.
¶ Ad q̇ntā. neget̃ ꝯñtia cū infert̃. ꝙ poſſet

romę mori ⁊ manere ſanꝰ heidelberge. qꝛ ſi
romę morit̃: vbicūq; fuerit morit̃. Ad ꝓba
tionem ꝯñtię dr̄. q; q̄uis ſocrati in heidel/
berga nullꝰ inferat malū. tñ ſi romę corpo/
ri ſuo inferat̃ vulnꝰ vel mors: h̄ etiā recipit
corpus ſuū exiſtens heidelberge. vt ī tertia
ſuppoſitione ꝑmi dubij dictum eſt. Et iō
ſi romę moriat̃: nō manebit viuꝰ heidelber
ge. ¶ Ad ſextā. etiā neget̃ ꝯñtia cū infertur Ad6
ꝙ idem poſſit heidelberge rite baptiſari: et
rome continuare vitā peccādo. Ad ꝓbati/
onem dicit̃. ꝙ ſi heidelberge conterat̃ vete/
ris vitę: ⁊ baptiſetur: ꝙ hoc idem conuenit
ei qui eſt romę. Et ergo verū erit dicere: ſo/
crates qui eſt hic: eſt ꝯtritus ⁊ baptiſatus
⁊ ſic non ſtat ſimul ꝙ ibi ꝯtinuet veterē vi/
tam. Nā ſi ibi eſſet malꝰ vel peccet morta/
liter. idē Socrates q̇ eſt heidelberge: etiam
eſſet malꝰ ⁊ peccaret mortalit̃. ſicut hęc in ꝑ
ma ſuppoſitione primi dubij tertij articu/ Ad.2
li dicta ſunt. ⁊ in ꝑmo correlario eiꝰ. ¶ Ad rōnē ꝑn/
ſcḋam rōnem ꝑncipalē: neget̃ maior ꝙ ꝓpt̄ cipalem
p̄ñtiam corpis dñici ī altari oporteat ipm̄
poni mutatū. ſed ſufficit ꝙ aliquid ſit mu/
tatum in ipm̄. ⁊ ita erit de pane. Et ad pro
batiōem neget̃ iterū qḋ aſſumit̃. ſ. ꝙ q̇cquid
eſt in aliquo ſitu in quo ante non fuit: ſup
poſita quiete ſitus: neceſſario ſit mutatum
ad illū ſitū. quia ſcḋm hoc nihil poſſꝫ muta
ri in terminū aliquē ꝑus exiſtentē. et ſic nec
panis in corpꝰ xp̄i. Sufficit itaq; ꝙ aliq̇d
ſit mutatū in ip̄m qḋ ante fuit in illo ſitu.
Et ita eſt hic quia panis qui antea fuit in
illo ſitu: vi cōſecrationis eſt mutatus ī cor/ Ad. 3
pus domini: qḋ eſt ⁊ ante erat in celo. ¶ Ad
tertiā ꝯcedit̃: ꝙ nihil ſit extra terminos ſuę
ſubſtātię intrinſecos. ſꝫ nō eſt incōueniens
ꝙ aliq̇d in pluribꝫ diſtinctis ſitibꝫ extrinſe
cis ſit ſub eiſdē terminis intrinſecꝭ. ſic ꝙ ni/
hil eiꝰ ſit extra ipſos. Secūdo ꝙ nihil ꝓhi
bet aliquid habere plures ⁊ diſtinctos ter/
minos extrinſecos ſuę ſubſtantię. ⁊ ꝙ in di/
ſtinctis ſitibꝫ ſub diuerſis terminis extrin/
ſecis: etiā diſtantibꝫ cōtineatur: ⁊ ſic eſſe ex̄
terminos extrinſecos: quos habet in vno ſi
tu ſimul eſſendo ſub alijs terminis extrin/
ſecis in alio ſitu. ¶ Sicut aīa intellectiua Sile
nunq̄ eſt extra ſuā eſſentiā: ſed bene ſimul
eſt in capite hoīs qḋ informat ⁊ ſimul eſt
extra idē ſbiectū in pedibꝫ quos etiā infor/
mat. ꝓut hęc ſunt a catholicis ꝯceſſa. Per
hoc ad formā. Cōcedit̃ maior: loquendo
de termīs intrinſecis ⁊ de vi ſermonis: etiā

paſſiue ex ꝑte aīę.ꝛ aliq̄ mō ſupnatural'.ſ.ī
Cocl'o.5 ordie ad agēs.ſeq̄t̃ ex ꝯcl'iōe.¶ Ultīa ꝯcl'io
Simplr̄ loquēdo reſurrectio ē mutatio mi
raculoſa.ptꝫ.qꝛ in ea ſunt pl'a miraculoſa
q̄ꝫ naturalia.igit̃.ꝯn̄tia tenet.Et añs ꝑꝫ ex
pma ꝯcl'iōe.ē ei miracl'oſa ī ordie ad agēs.ī
ordie ad modū agēdi ī ordie ad t̃minū ac
tōiſ.ꝛ ī ordie ad corp⁹ qꝺ n̄ dirigit̃ ī h̄ appe
tere.Et eſt natural':ſolū paſſiue ī ordie ad
Ad.1 aīam q̄ inclinat̃ ad corp⁹.¶ Soluūt̃ rōnes
q̄ fiūt ꝯ h̄ ſuppoſitū. ¶ Ad pmā:neget̃ ꝙ ī
nullo hoīe reſurgit aliq̄d qꝺ erat de ꝟitate
ſui corpis.qꝛ put corp⁹ capit̃ ꝑ cōpoſito:ſic
reſurgūt man⁹ ꝛ pedes ꝛ alię ꝑtes ītegrales
Et put eſt ꝑs eſſentialis:ſic ipm ꝛ ꝑtes ei⁹
reſurgūt:nō de nō eſſe ad eſſe.qꝛ ſic eſſet cre
atio q̄ in reſurrectiōe nō hꝫ locū:ſꝫ de nō eē
viuo ad eſſe viuū.qꝛ fit viuū.cū tn̄ antea n̄
2 fuerit viuū.¶ Ad ꝓbatiōꝫ cū ꝺꝛ.ꝙ nūq̄ꝫ ce/
cidit.Rn̄det̃.ꝙ licet nō ceciderit ī non eſſe.
Adꝯfir. tn̄ cecidit ab eſſe viuo in eſſe nō viuū ī mor
te hoīs.ꝛ ad h̄ reſurget ī reſurrectiōe.¶ Ad
ꝯfirmatōnē n̄det̃ pmo.ꝙ diuiſio nō ſit ſuf
ficiēs.pōt em̄ ei h̄ cōpetere rōne cōpoſiti.qꝛ
in ordie ad illud.ſ.ī ordie ad eſſe hoīem ꝓ/
pꝛiiſſime reſurget.Nā h̄ ī morte ꝑdidit ꝛ ī
reſurrectiōe ſibi redit.Pōt etiā dici ſcđo ꝙ
reſurget q̄ ad corp⁹ ad eſſe viuū:vt dictū ē
ꝛ q̄ ad aīam ad eſſe formā corpis aīati.qꝺ
in morte ꝑdiderat.¶ Ad ſcđam.neget̃ añs Ad.2
ꝙ nūq̄ꝫ fuerit reſurrectio . Ad illꝺ Ecci.iij.
ꝺꝛ ꝙ loquat̃ ꝯcionādo:nō intēdēdo. ſꝫ ī ꝑ
ſona voluptuoſoꝝ ī corpis voluptatē totā
ſpem ī hac vita ponētiū.q̄ vl'ita credūt ꝙ ſi
milis ſit īterit⁹ hoīs ꝛ iumenti.vl' ac ſi h̄ cre
derēt viuūt. Ad illꝺ Job.xiiij.ꝺꝛ.ꝙ ī die iu
dicij celū ꝺꝛ atteri.qꝛ īnouari ī lumie et ad
aliū ſtatuꝫ poni.qꝛ poſtea ſp ſtabit. ¶ Ad Ad 3
rōnē tertiā ꝓbantem añs n̄det̃.ꝙ dicimur
mori ſicut aquę q̄ nō reuertēt̃ dilabūt̃.qꝛ ſic
ſucceſſiue aq̄ intrant:ita corpa nr̄a ſucceſſi
ue reſoluunt̃ vſq̄ꝫ ad mortē:a q̄ nō reuertēt̃
ꝟtute naturę ſꝫ ſolum deo miraculoſe agēte
¶ Ad q̄rtā ꝓbationem neget̃ minor.ſ. ꝙ ſi Ad.4
mortui reſurgāt:ſn̄ia iuſte lata reuocet̃ .Et
ad ꝓbationē dicat̃.ꝙ ſn̄ia iudicꝭ eſt ſeꝑatio
aīę a corpe q̄ fit ī morte.ſꝫ nō includitur:ꝙ
maneat ſp ſeꝑata.¶ Ad q̄ntā neget̃ ꝙ ma/ Ad.5
li nō reſurgēt Ad illꝺ pſalmi.j.ꝺꝛ ꝙ velit ꝙ
mali nō reſurgāt ī iudicio ad iudicādū cū
iudice.Un̄ ſeq̄t̃.neq̄ꝫ pctōres ī ꝯſilio iuſto
rum.Nec etiā reſurgēt ī iudicio approbati
onis.ſꝫ bn̄ ad iudiciū ſuę debitę ꝯdēnatōiſ
¶ Ad illꝺ Dan̄.xij.ꝺꝛ ꝙ ſepe ī ſacra ſcp̄tura 2
multi pōnat̃ ꝑ oēs. Uel ſi vis vtriq̄ꝫ ꝙ diſti/
ctiue pōnat̃:tūc pōnit̃ ad diſtinctionē eorū
q̄ in ſolo pctō originali mortui ſunt.nō aūt
qꝛ illi nō reſurgāt:ſꝫ qꝛ nō reſurgēt ad vitā
ęternā.nec ad opprobriū penę ſenſus ſꝫ ad
ad ſolā penā dāni:vt ī ſcđo libro dictū eſt
qꝛ penā ſenſus nō habebūt.Et ita dic illa
auctas. Alij ī vitā ęternā ꝛ alij ī opprobri/
um ꝛc̄. ¶ Ad tertiū qꝺ adducit̃:ꝙ mali nō 3
ꝯformēt̃ xp̄o.veꝝ eſt ī gl'ia : ſꝫ bn̄ in reſurre/
ctiōe vt ꝑ meritoꝝ q̄litate recipiāt retribu/
tiones. Hoc de pmo articulo.

## Quantum ad ſe/

cundū articulū reſtat videre vtꝝ omnes re Cōcl'o.1.
ſurgāt ī ꝓpꝛijs corpibꝫ:Ubi eſt ꝯclio n̄ſal'
Singuli reſurgēt ī ſuis ꝓpꝛijs corpibꝫ.ptꝫ
Primo aucte Job.xix.cū dic ſanct⁹ Jn car
ne mea videbo deū meū.nō dic:ī carne alie
na.Jtē dic.quē viſur⁹ ſum ego ipſe ꝛ nō ali⁹

mō ſi nō reſurgeret ī eodē corpe: tūc nō eſſꝫ
ipſe ſꝫ ali⁹.cū eoꝝ corp⁹ ſit de integritate eēntie
Rōne.1 humanę.¶ Pōt pbari rōne. Sic ſurgent
hoies ſicut hꝫ diuinę iuſticię ꝯgruit.ſꝫ ꝯgruit
diuinę iuſticie vt qlibet ſurgat in corpe ſuo
Igit̃ ꝛc. Maior nō eſt. Minor ptꝫ: qꝛ ideo
fit reſurrectio vt totū cōpoſitū accipiat prę
miū vel ſuppliciū p his q̄ geſſit i vita. hoc
aūt nō fieret niſi aia idē corp⁹ recipet. vari/
pbat̃. 3. ato eīn corpe eſſet ali⁹ hō. Igit̃. ¶ Tertio.
qꝛ ſi eſſet aliud corp⁹ in q̄ fieret reſurrectio.
tūc ille hō nō reſurgeret. ꝛ ſic articul⁹ reſur/
rectiōis falſificaret̃. qđ nō eſt dicēdum. Et
ptꝫ ꝯñtia. qꝛ variata vna pte eſſentiali: va
Cōcl'o.2 riatur totū: vt notū eſt. nullus g̃ reſurgeret
niſi ppriū reaſſumeret. ¶ Scđa ꝯclo. non
oportet ꝙ i reſurrectōe ois materia q̄ fuit ſb
aia fluēdo reuertat̃ ad ipam. vt arguit vna
rōnū añ oppoſitū. qꝛ i diu viuentib reſur/
gens fieret diſproportionabilit̃ magnū ꝛ i/
decēter. ꝛ hꝫ nō admittit dñs reſurrectionis
auctor. Et ꝯñtia tenet vt argutuꝫ eſt. qꝛ ex
nutritiōe ſucceſſiua tanta materia oī anno
aduenit q̄nta ē materia toti⁹ corpis hūani
Confir. ¶ Et ꝯfirmat̃. qꝛ nō pl⁹ reqrit̃ ꝙ omis mate
ria redeat: q̄ꝫ reqrit̃ vt eadē materia penitus
pmaneat ad hꝫ ꝙ maneat idē hō. ſꝫ certum
eſt ꝙ ad hꝫ ꝙ maneat idē hō: nō requirit̃ ꝙ
oīno maneat eadē materia. Igit̃. Ptꝫ ma/
ior. qꝛ ſicut ppt̃ receptionē iudicij oportet
ꝙ ſit idē hō q̄ iudicat̃ ꝛ q̄ meruit. ita ſufficit
talis idētitas. Et g̃ hꝫ ſufficit ad talē idēti/
tatē qđ ſufficit hic ad hoc ꝙ idem maneat
Minor manifeſta eſt. qꝛ vt dicit phs. j. de
generatōe Partes materiales fluūt ꝛ reflu
unt. reſoluūt̃ eīn pores actiōe caloris natu
ralis. ꝛ adueniūt nouę ex cibo rōne digeſti
onis ꝛ ꝯuerſionis i corp⁹. ꝛ iſtđ ſp eſt q̄ꝫdiu
Dubiū incidēs vixerit hō. ¶ Sꝫ tūc eſt dubiū. ex q̄ nō cū q̄
libet materia rediat ſiue reſurgat. cū q̄ g̃ et
q̄re poti⁹ cū iſta q̄ꝫ cuꝫ alia: De hꝫ videt̃ eſſe
opio mgr̄i. ꝙ oīm hoium generādoꝝ mate
ria fuerat i Adā ſicut ꝛ materia Euę. ꝛ ꝙ p
m'tiplicatiōꝫ materię eiuſdē i ſe: ſurgat au
gmētatio hois vſqꝫ ad debitā q̄ntitatē. ſic
m'tiplicatiōe materię coſtę pducta ē pma
mulier. Vñ ꝯñt̃ dicēdū eſſet. ꝙ null⁹ gene/
ret̃ ex materia q̄ fuerit actu i Adā. ſꝫ ſic ſit
m'tiplicata ei⁹ materia i ſe: ꝙ ſufficiēs fctā
ſit p ſingul' hoib. Sic g̃ cib ꝛ pot⁹ miſtra
rēt hoi materiā fluentē. ſꝫ ppria radical' ma
teria ſit q̄ a parētib ſumit̃. q̄ cū fluente ma
teria m'tiplicat̃ vſqꝫ ad verā q̄ntitatē hois
etiā vſqꝫ ad ſemis deciſionē ex q̄ naſcāt̃ pue
ri. ¶ Que opio licet difficil' ſit: tñ pbabil' vi 1
det̃. nā ex ea facile reddit̃ cā q̄re oēs hoies
ꝯtrahāt originale. qꝛ actuali pctō pmi ho/
minis ꝛ pmę mulieꝛ ſubfuit eoꝝ materia.
¶ Scđo. q̄re pl⁹ actu fuiſſet materia pmę 2
mulier' ſb Adā q̄ꝫ ſuoꝝ pueroꝝ. ¶ Tertio. i 3
fantul⁹ in pma die defunct⁹ q̄ naſcit̃ reſur/
get in viꝝ pfectū. ꝛ p qđ niſi p multiplicati
onē ſuę pprię materię vſqꝫ ad debitū incre/
mentū: ¶ Quarto. qꝛ ſic ſaluaret̃ ꝙ nlli duo 4
haberēt eādē materiā. ſꝫ p m'tiplicatiōem
aliā ꝛ aliā. ¶ Hāc recitat mgr̄ ſed pauci vi Opio.2
dent̃ eū in hꝫ ſeq. Dicūt eīn cōit̃. ꝙ oēs fue/
rim⁹ in lūbis Adę ſm potētiā ꝛ nō ſm ma
terię actualē pñtiaꝫ. ¶ Alio mō pōt dici. ꝙ Cōcl'o.
in illa materia hō reſurget a q̄ aia ei⁹ ſepa
rabat̃ in morte. q̄ ſi fuerit pua: vt i infanti/
bus. in ſe multiplicabit̃ vt ſufficiat. Et ſi ſit
nimis magna: in multū pinguib: reducet̃
p ei⁹ coartationē ad ꝯgruā q̄ntitateꝫ Et hꝫ
mod⁹ videt̃ eſſe ſat' rōnabilis. ¶ Quib p/
miſſis rńdet̃ ad rōnes hui⁹ ptis. ¶ Ad pri Ad.1
mā neget̃ ꝯñtia cū infert̃. ꝙ plures poſt re/
ſurrectionē haberēt idē corpus. Ad pbatio
nem ꝯñtię diceret̃ ſm pmā opionē. ꝙ ſic do
min⁹ generat filios m'tiplicatōne materię
parentū in ſe. ita etiaꝫ cauet ne plures ſint
eiuſdē materię i numero. Et ſic diceret̃ ꝙ li
cet materia hois reducta ad elementa: her
bas ꝛ aīalia: ꝛ tandē in ſanguinē ꝛ i nouuꝫ
hoiem. ꝙ tunc multiplicet̃ in ſe vt maneat
materia pmi hois ſuo tpe ei reſtituēda. ꝛ ex
ei⁹ multiplicatōe ſurgat materia hois ſeq̄n
tis. ¶ Sꝫ ſm ſcđam opionē diceret̃. ꝙ licet Scđm
ſucceſſiue ſic vna materia poſſit eſſe ſb plu 2.opioꝫ
rib aiab pluriū hoim. tñ in reſurrectione
eandē in numero dñs i ſe m'tiplicabit: vt
ſinguli habeāt ſuā. ſic panes m'tiplicati ſūt
ſub manib xpi. vt q̄nqꝫ miliū mādućātiū
q̄libet comederet ſuū panē. ꝛ ſic non mane
ret vna materia i numero quā hꝫ vn⁹ i alio
ſꝫ ipa in ſe m'tiplicata maneri i vno ꝛ i alio
ſm diuerſas ſuas portiōes. ¶ Ad ſecūdam Ad.2
neget̃ añs ꝙ pm⁹ parēs nō reſurget. Ad p/
bationē ꝯñtię ꝯcedit̃ ꝙ añ formationē mu
lier' materia Euę fuerit in eo. ſꝫ poſtq̄ dñs
tulit coſtā: nō erat ipa ammodo ptinēs ad
ei⁹ corp⁹: ſꝫ m'tiplicata fuit materia carnis
remanēt' ad repletionē loci. ꝛ i ea materia
reſurget quā habuit i morte ſua. nō ei opor
tet vt dictū eſt ꝙ reſurgat hō cū oi materia
q̄ fuit ſb ſua aīa: ſꝫ i ea in q̄ morit̃. Reſoluit̃

em̄ materia parentū in generatione filiorū
non tñ ꝑpter hoc materia filij que fuit ſm
pͥmā opinionē ſub forma patris: ptinet pᵒ
diuiſionē ad formā patris. Eſt em̄ ſm phi
loſophū.ix.ethycoꝝ: filiᵒ pars patris diui
ſa de illo. Ita corpᵒ Eue fuit ps corpis ade
ſed p dn̄m diuiſa ab ipo. Vn̄ poſt diuiſio/
nē nō ptinuit ampliᵒ ad ipm. Nec ſequit:
ꝙ reſurgēdo cū ſuo ꝓprio corpe: reſurgat cū
corpe Eue. qꝛ poſt ablationē coſte idē cor/
pus habuit qđ añ: q̄uis in aliq̄ pte varia
tū. nō em̄ reqrit ad idētitatē numeralē om
nimoda idētitas ptiū. ſed ſufficit ptinua/
tio in ptinuo fluxu ſimilis ſitᵒ figure ꝛ ordi
nis ſine magna variatiōe i ordine ad totū
Ad.3 ¶ Ad tertiā de pueꝛ: dictū eſt ꝙ reſurgāt in
menſurā plenitudis xp̄i. ſed h̄ erit dn̄o ma
teriā eoꝝ multiplicante vt ad debitā ſuffici
Ad.4 at q̄ntitatē. ¶ Ad q̄rtā. ꝙ via natural' gene
ratiōis nō pōt idē corruptibile i numero re
uerti. eo ꝙ ſp ſint alie cauſe ꝓducētes. ſ. aliᵒ
motᵒ celi: alia influētia: alij aſpectᵒ planeta
rum i nūero. ſed p v̄tutē dei idē i numero ge
nerabile poſſet redire. mō reſurrectio ñ erit
regeneratio ſʒ reunio aīe ad corpᵒ ſuū. ꝛ h̄
Ad.5 v̄tute dei ſup naturā agente. ¶ Ad q̄ntā: ne
geť añs: ꝙ corpᵒ qđ pͥus a natura ſuberat
corruptōi: fiat tale qđ nō poſſet poſteriᵒ ſb/
eſſe corruptiōi. Ad ꝓbatiōeʒ pcediť ꝙ tale
corpus ſit naturaliter natū tēdere ꝛ diſpo/
ni ad aliā formā. ſʒ tñ qꝛ dn̄s nō vult poſt
reſurrectionē cōcurrere cū alterantibꝫ ipm.
iō impoſſibile erit ꝙ ad aliā formā tūc diſ/
ponať. Immo poſt iudiciū dn̄i generale ſʒ
dei legē q̄ tūc erit: nulla materia erit i poten
tia ꝓducēda in actū ad aliā formā. qꝛ dn̄o
non placet vlteriᵒ cōtinuare motū celi. q̄re
nec erit aliᵒ hmōi motᵒ vel mutatio. Et iō
pcedendū eſt ꝙ tūc de lege ordinata: nulla
materia erit i potētia ad aliā formā. ꝛ ex cō
ſequēti ꝙ nō appetat. ſʒ q̄libet appetet qui/
eſcere ſb forma illa ſb q̄ eſt. Et etiā celū in/
nouatū appetet tūc ꝑpetuā q̄etē ſicut nunc
appetit ptinue moueri. Nec ex h̄ eſt aliud.
ſʒ a pͥma cā dirigit in aliud. Tal' eſt em̄ ap
Ad.6 petitᵒ nature: q̄lē ei indidit deᵒ. ¶ Ad ſextaʒ
dictū eſt in pclioне ſc̄da ꝙ nō ſurget cū om
ni materia. ſʒ cū illa i qua mortuᵒ ē. Ad im
probationē cū q̄riť. q̄re plᵒ iſtā q̄ʒ aliā: Rñ/
deť. qꝛ iſta i morte fuerit corpᵒ ſuū. ꝛ g̃ cum
iſta finalit̄ vel in gr̄a receſſit vel i pctō mor
tuus fuit. ꝛ iō cū iſta recipiet brauiū ſui la
Replica boris. ¶ Forte diceť. ꝙ in reſurrectiōe nō ſit

eadē humanitas. g̃ nec idē corpᵒ. ꝓbať añ
cedēs. qꝛ hūanitas ſurgit ex actu vnionis
aīe cū corpe. mō nō videť eē illa eadē vnio
tūc q̄ fuerat i natiuitate. ꝛ g̃ nec eadē hūa/
nitas. Maior nota eſt. Et minor patʒ. qꝛ
vnio q̄ fuerat i natiuitate diu traſiuit. ꝛ p/
fuit añ iſtā vnionē q̄ eſt in reſurrectōe. ¶ Re Solo.
ſpondeť negādo añs. Ad ꝓbatiōʒ: cōceſſo
ꝙ hūanitas ſurgat ex vnione ꝛc̄. dicatur ꝙ
vnio reſurrectōis fuerit vnio natiuitatis in
vtero. ¶ Si em̄ vnio capiť p vnitōe: ptʒ ꝙ 1
aīa fuerit tūc vnio paſſiua ſicꝫ nunc eſt. qꝛ
fuit actᵒ dei vnietꝭ tūc creatiōe infundendo
ꝛ tūc in reſurrectōe eſt actus dei reiunientis
eā corpi inſtātanee debite ꝓparato: vitaʒ toti
hoi tribuēdo. ¶ Si aūt vnio nō dicať actᵒ 2
vnietꝭ: ſʒ dicať habitudo ex q̄ aliq̄ dicūtur
vnū. vl' aliq̄d dr̄ vnū: tūc ptʒ ꝙ tā aīma q̄ʒ
corpᵒ i reſurrectōe ꝛ poſteriᵒ ſp erit vnio. qꝛ
tā ex aīa q̄ʒ ex corpe ſic ſe hn̄te totū cōpoſi/
tū dr̄ vnū. ¶ Et g̃ eſt eadē vnio i reſurrectōe 3
q̄ in natiuitate ſʒ alio mō facta. qꝛ i natiui
tate vnio ſequiť ſucceſſiuā diſpoſitiōeʒ cor/
poris factā cōit a ſemīe pr̄is: coagētibꝫ cau
ſis ſupioribꝫ: vt aptū ſit p aīe ſuſceptōe deo
eā materia diſpoſita pie create et infundē/
te. Sʒ i reſurrectōe eadē aīa eſt vnio inq̄n
tū materie quā dimiſit i morte p deū mira/
culoſe ꝛ inſtantanee optime diſpoſite: ſola
miſcdia reuniť. ¶ Per h̄ ad formā rōnis: ne Ad for.
geť ꝙ i reſurrectiōe nō ſit eadē humanitas
Ad ꝓbatōʒ negeť ꝙ nō ſit eadē vnio. Ad
ꝓbationē eiᵒ dicať. ꝙ licʒ actᵒ vnitiōis trāſi
uerit q̄ fuerat i natiuitate. ſic ꝙ deſierat eſſe
vnitio cōpleta infuſiōe. tñ res q̄ ē illa vnio
pura ipa aīa manet. licʒ poſtea nō ſit vni/
tio. Que aīa i morte eſt ſua diuiſio a corpe
ꝛ i reſurrectiōe erit iteꝝ vnitio cū corpe: q̄n
corpi reuniť. Vnio aūt relatiua vel q̄ dici
tur aliq̄d vnū aīe cū corpe māſit p totā vi/
tā. Et icepit eſſe diuiſio i inſtāti mortis. qꝛ
tūc ex aīa ꝛ corpe nihil dicebať vnū. Et eti
am i inſtāti reſurrectōis ipa aīa diceť talis
vnio. ꝛ manebit i eternū. qꝛ i eternū poſteri
us hō ex ea pſtituᵗ ſcʒ cuiᵒ eſt aīa: dicetur
vnum. Hoc de ſc̄do articulo.

Quantum ad ter/
tiū articulū reſtat videre de q̄ſito. ſcʒ Vtrū
boni poſt iudiciū maiorē gl̄iaʒ ſumēt: Vbi
ſupponiť ꝙ anīa añ iudiciū ſit i gl̄ia. ꝛ q̄riť
ſi poſt erit i maiore: ¶ Pro quo notandu3 Nota 1.

aīe glīam poſt iudiciū fieri maiorē: pōt ītel
ligi dupl͛r. Uno mō extēſiue. qꝛ ī pluribꝫ fu
tura ſit ei⁹ delectatio. Scdō mō intēſiue. qꝛ
Nota.2 ꝑfectius cōtemplatura. ¶ Scdō eſt notan
dum ꝙ aīe gaudiū duplex eſt. Primum eſ
ſentiale. qđ ꝯſiſtit ī clara dei viſione ⁊ eius
fruitiōe. qđ tñ đr eſſentiale nō q̄ſi ſit aīme
eſſentia: ſꝫ qꝛ ī h̄ beatitudo aīe formalit͛ ꝯſi
ſtit. Iuxta illud Joh. xvij. Hec eſt vita eter
na vt cognoſcāt te deū verꝫ. i. deū p̄rem oīm
2 potentē: ⁊ quē miſiſti Jeſum xp̄m. ¶ Aliud
eſt gaudiū accidētale. qđ ꝓuenit ex aliorū
ꝯuenientiū cognitiōe ⁊ eoꝝ adeptōe. ſicut
eſſent beatitudines alioꝝ bonoꝝ quas aīa
beata videt: ⁊ vidēdo in alijs cognitōe ali
quo mō attingit btītudini alioꝝ vt ꝓpē
ex charitate ꝯgaudēdo. Et de vtroqꝫ p̄t eſſe
Nō 3. dubiū. ¶ Tertio eſt notandū ꝙ gaudiū eſ/
ſentiale nō intēdat͛: niſi intēdat͛ cognitio et
fruitio: vel ſaltē aliqđ eoꝝ. ptꝫ. qꝛ ī eis cōſi/
Cōclō.1 ſtit: vt dictū eſt. ¶ Quibꝫ p̄miſſis eſt p̄ma
ꝯclō hec. Aīe decedentiū in gr̄a ſine crimīe
⁊ culpa ⁊ debito reatu ſtatim p̄miant͛ a deo
2 glīa eterna. ¶ Oppoſitū hui⁹ tenuit ad tē/
pus Johes. xxij. ⁊ poſtea reuocauit ad de/
terminatiōnē vniuerſitat̄ pariſieñ. Q, āt
hec ꝯclō ſit v͛a: ptꝫ ꝑ extrauagantē Bñdi/
cti duodecimi. q̄ canon poſtea cōſtituebat͛
ex eadē determinatiōe ſtudij pariſieñ. dicē/
tem ſic. Definio ꝙ ſ̄m cōem dei ordinatiōꝫ
anime ſanctoꝝ hoīum veteris teſtamenti
q̄ de h̄ mundo añ paſſionē dñi noſtri Jeſu
chriſti deceſſerūt. necnō ſanctoꝝ apoſtoloꝝ
martyrū: ꝯfeſſorū atqꝫ virginū: ⁊ aliorū fi/
delium defunctoꝝ: poſt ſacrū ab eis chriſti
baptiſma ſuſceptū. in quibꝫ nil purgabile
fuit qñ deceſſerāt. nec erit qñ diſcedēt etiāꝫ
in futurū. Uel ſi tūc fuit aut erit aliq̄d pur
gabile in eiſdē: cum poſt mortē ſuū fuerint
purgate. ac ꝙ anime puerorū eodē baptiſ/
mate chriſti baptiſatorū ⁊ baptiſandorūꝫ
cū fuerint baptiſati: ante vſum liberi arbi/
trij decedentiū. mox poſt mortē ſuā ⁊ purga
tionē p̄fatā in illis q̄ purgatōe hmōi indi/
gebant ante reſumptionē ſuoꝝ corporūꝫ ⁊
iudiciū generale fuerūt: ſunt ⁊ erūt in celo
celorū regno ⁊ paradiſo celeſti cū chriſto in
ſanctorū angeloꝝ cōſortio ꝯgregate. ac vi/
derunt: vident ⁊ videbūt: poſt tñ paſſionē
⁊ aſcenſionē dñi noſtri Jeſu chriſti diuinā
eſſentiā viſione ītuitiua ⁊ faciali: nulla me
diante creatura in rōne obiecti ſe habente
ſed diuina eſſentia nude clare ⁊ apte ſe il/
lis oſtendēte. ꝙ qꝛ ſic videntes eadē: diuina
eſſentia ꝑfruunt͛. necnō ex tali viſione ⁊ fru
itione eorū aīme q̄ iam deceſſerūt: ſunt vere
beate ⁊ erunt eoꝝ qui poſtea decedent. et ꝙ
eandē diuinā videbunt eſſentiā: ipſaqꝫ ꝑ
fruent͛ añ iudiciū generale ⁊ cetera plura hu
iuſmodi. ¶ Idē ptꝫ extra de baptiſmo ⁊ ei⁹ Patꝫ.2
effectu. ca. maiores. vbi đr ꝙ ꝑ ſacramentū
baptiſmi xp̄i ſanguine rubricati: culpa re/
mittitur. vitat͛ periculū. ⁊ ad regnū eius ꝑ/
uenit͛. cui⁹ ianuā chriſti ſanguis fidelibus
ſuis miſericorditer reſerauit. ¶ Itē extra de Patꝫ.3
p̄ſbytero nō baptiſato. ca. apta. dicit papa
p̄ſbyterū quē ſine vnda baptiſmatis extre/
mum diē clauſiſſe ſignificaſti. quia ī ſancte
matris eccleſie fide ⁊ chriſti noīs cōfeſſiōe
ꝑſeuerauit. ab originali pctō abſolutum ⁊
celeſtis patrie gaudiū eſſe adeptum: aſſeri
mus incunctāter. ¶ Eadē ꝯcluſio patꝫ au/ Auctibꝫ
ctoritatibꝫ ſanctoꝝ. Auguſtini ī libro ſup
putationū: dicētis ad ſanctos iā cum xp̄o
regnātes. Felices ſancti dei oēs q̄ ꝑtranſi
ſtis hoc mortalitat̄ pelagus. ⁊ ꝑuenire me
ruiſtis ad portū ꝑpetue q̄etis ⁊ ſecuritatis:
obſecro ꝑ mr̄is charitatē. q̄ ſecuri eſtis de ve
ſtra immarceſcibili glīa. ſolliciti eſtote đ no
ſtra multiplici miſeria. ꝑ ipſum vos rogo q̄
vos elegit. qui vos tales fecit. Sequit͛ ad
ꝓpoſitū. De cui⁹ pulcritudine iāꝫ ſatiami
ni. de cui⁹ imortalitate iā immortales facti
eſtis. de cui⁹ beatiſſima viſione ſp̄ gaudetis
eſtote memores nr̄i ⁊c. Sequit͛ poſt aliq̄.
Ibi de⁹ oīa in oībꝫ: quē ſine fine videbūt. et ſp̄
vidēdo in ei⁹ amore ardēt: laudāt ⁊ amant
⁊c. ¶ Scdō idē dicit beat⁹ Auguſtin⁹ in li/
bro de doc. chriſtiana. ſic inq̄ens. Id age vt 2
bonā vitā habeas. tūc q̄ñcūqꝫ occaſio fuerit
vt exeas de corpe: eris ad requiē: eris ad be
atitudinē q̄ nō hꝫ finē. ĝ ad viſionē clarā.
qꝛ ſi adhuc ad enigmaticā illā: hr̄et finem
ꝑ aduerſam opīonē in die iudicij. ¶ Itē pa
tet auctē beati Gregorij in homelia q̄dā q̄ 3
legit͛ de vno martyre. dicētis. Que autē lin/
gua dicere: aut q̄s intellect⁹ capere ſufficit il
la ſuperne ciuitatis q̄nta ſint gaudia ange
lorū choris intereſſe: cū beatiſſimis ſpiriti/
bus glīe cōditoris aſſiſtere: p̄ntem dei vul/
tum cernere: incircūſcriptū lumē videre: et
cetera hmōi. ¶ Et pōt rōnibꝫ ꝓbari. qꝛ cer/
tum eſt. ꝙ in mortali decedentes: ſtatim cō Rōne.1
demnent͛. ĝ in gratia occumbētes: ſi nil in
eis purgandū ſit ſtatim coronant͛. ꝯñtia te
net. qꝛ pronioꝛ eſt de⁹ p̄miare ꝙ̄ punire.

Añs ptꝫ de diuite epulone Luc.xvj.Et ea
rō eſt de oībꝫ alijs.⁊ eſt bti Grego.iiij.li.di
2 alogoꝝ.¶Scđo.qꝛ Apoc.vj.habet͛ ꝙ ſin/
gulis aīabꝫ date ſunt ſtole albe.qđ exponit͛
in gloſa.i.glīa aīe.illa aūt ꝯſtat ī clara dei
viſiōe.⁊ h̄ expſſe determiat ī.iiij.dialogoꝝ.
3 ¶Et tertio q̄ eſſet cā dilatōis glīe aīe:quaꝫ
iā dei adiutorio meruit͛ cōſtat ꝙ nulla.Et
rōnes poſſent mltiplicari.ſꝫ ſatꝫ eſt¶Secū
cōclīo.2 da ꝯclīo.Btitudo aīaꝝ poſt reſumptiōem
ſuoꝝ corpoꝝ erit maior extēſiue.ꝓbat͛ ſic.qꝛ
tāto extēdit͛ gaudiū aīe:q̄nto de pluribꝫ eſt
ſꝫ poſt reſumptionē corpoꝝ erit de pluribus
Igit͛.Maior eſt q̄d nōis.Et mior patꝫ.qꝛ
erit tūc de obiecto beatifico ⁊ duplici ſtola ꝓ
pria.Añ aūt ſolū eſt de ſimplici ſtola ꝓpria
Apoc.vj.Date ſunt ſingul' ſtole albe.i.ſto/
la glīe aīe.Itē erit de glorificatiōe corporuꝫ
alioꝝ de q̄bꝫ etiā q̄libet beat⁹ gaudet ꝓpter
Cōclīo 3 plenitudinē charitatꝫ.¶Tertia ꝯclīo.Etiā
poſt reſumptōnē corpis aīe gaudiū accidē
tale mai⁹ erit intēſiue.ꝓbat͛ ſic.qꝛ ei addet͛
nouū gaudiū ad gaudia accidētalia q̄ pri
us habebat.g̊ ꝯclīo eſt ꝟa.ꝯñtia tenet.qꝛ fi
nito intēſibili additū tale:reddit ipm intē
ſius.Añs ptꝫ.qꝛ addet͛ ei gaudiū de glori/
Cōfir. ficatōe ſui corpis qđ antea nō habuit¶Et
ꝯfirmat͛.qꝛ oē cognoſcēs appetēs aliq̄d ꝑ
modū deſiderij delectat͛ in eo cū ipm attin/
git.ſꝫ aīa btā eſt ꝑfecte cognoſcens:⁊ añ re
ſumptiōꝫ corpis ei⁹ reſumptōeꝫ appetit.g̊
delectat͛ in eo cū ipm attingit.tenet ꝯñtia.
Et maior ptꝫ de ſe.qꝛ h̄ eſt eiuſdē moris deſi
derare hñdū ⁊ delectari ī habito.Mior q̄
ad pmā ptē nō eſt.ſꝫ q̄ ad ſcđaꝫ ptꝫ ꝑ btm̄
Aug.xij.ſup Gen̄.ad lraꝫ.⁊ ē poſt oppoſitū
allegatū.Et ē manifeſtū.qꝛ forma nata in
herere appetit ſbiectū.Itē qđ nō ē ſuppoſi/
tū:appetit id ꝑ qđ fit ſuppoſitū.mō ita ē de
aīa ſepata.nō eīm eſt pſona vel ſuppoſitū:
⁊ cū corpe reſumpto eſſet pſona vl' ſuppoſi/
tū.Itē qđ hꝫ mltas opatiōes pfectionales
in q̄s nō pōt ſine alio:naturalit͛ appetit il/
lud aliđ.mō aīa hꝫ mltas opatōes q̄ ſunt
bone ⁊ pfectōis.ſic cognitōes ſenſitiuas in
teriores ⁊ exteriores q̄s nō p̄t facere ſine cor
pore.igit͛.ptꝫ maior.qꝛ natural' appetit⁹ di/
rigit͛ ſimplr̄ in illđ qđ ē bonū.mō fruſtra eēt
potētia cui⁹ executio eſſe nō poſſet.Minor
nō eſt de ſe.Itē admiſtrādo corp⁹ deo mini/
ſtrat.h̄ aūt eā delectat.igit͛.¶Quarta ꝯclīo
cōclīo.4 Etiā gaudiū aīe eſſentiale btitudis.ſcꝫ de
cognitiōe ⁊ fruitiōe dei augebit͛ poſt iudici/
um ⁊ reſumptōꝫ corpis.ꝓbat͛ ſic ex dicto be
ati Aug.ꝑus allegato.qꝛ q̄nto aīa pfecti/
us fert͛ in cognitionē ⁊ dilectionē diuīe ma
ieſtatꝫ:tāto erit eſſentialit͛ beatior.ſꝫ magis
fert͛ in illa poſt reſumptōꝫ corpis.igit͛.Ptꝫ
maior.qꝛ ī illis ꝯſiſtit btitudo eſſential'.⁊ g̊
q̄nto ea aīa pfectius attingit:tāto pfectior
erit.Et pꝫ mior.qꝛ ex naturali tēdentia ad
corp⁹ min⁹ eleuari ſufficit ī cognitionē ⁊ di
lectōꝫ maieſtatꝫ añ reſumptōꝫ q̄ſi retracta
ad aliq̄d ſibi deficiens.q̄ retractio ceſſabit
corpe reaſſumpto.vt dic̄ dicta auctas bea/
ti Aug.¶Et ꝯfirmat͛.qꝛ erit pfectior reſū/ Cōfir.2.
pto corpe.g̊ ꝯclīo ꝟa.tenet ꝯñtia.qꝛ pfecti⁹
eſſe ſeq̄t͛ pfecti⁹ agere.⁊ ex ꝯñti cognoſcere ⁊
diligere.Añs ptꝫ.qꝛ oīs forma q̄ nata eſt
cōponere cū corpe pfectior eſt qñ eſt ī corpe
nō grauāte ꝗꝫ qñ eſt extra ipm.poſt reſurre
ctionē aūt corp⁹ reunitū aīe:aīam nō ḡua/
bit¶Scđo ſic.de⁹ poſt iudiciū oñdet electꝫ ꝓba.2
magꝫ glīam ſue claritatꝫ.g̊ clari⁹ deū cogno/
ſcēt.g̊ gaudiū eſſentiale intēdet͛.ꝯñtia vlti
ma tenet vt ꝑus.qꝛ ī illa viſiōe clara ꝯſiſtit
eſſentialit͛ btitudo.Tenet ⁊ pma.qꝛ tanto
cognoſcēt deū:q̄nto eis de⁹ oñdet glīam ſue
claritatꝫ.Añs ē Hieronimi ſup illđ Oſee.
vj.Viuificabit nos p⁹ duos dies.ī q̄dam
gloſa ſic dicētꝫ.pacto iudicio āpliorē glīam
ſue claritatꝫ de⁹ mōſtrabit electꝫ.¶Et ptꝫ ꝑ
rōnē.qꝛ ñ min⁹ augebit de⁹ claritatē btōꝝ qꝫ Rōne.
claritatē corpoꝝ ñ cognoſcētiū:ſꝫ p⁹ iudici
um de⁹ augebit claritatē corpoꝝ ñ cognoſcē
tiū.g̊ etiā augebit claritatē electoꝝ.qđ ī aīa
vl' āglo eē nō p̄t:niſi clariori viſiōe ⁊ maiori
dilectiōe.g̊ ⁊c.tenēt ꝯñtie.Et maior pꝫ ꝑ il
lud Apoc.xxj.qꝛ dicebat q̄ ſedebat ī trono
Ecce noua facio oīa.g̊ nō ſolū corpa inoua
bit:ſꝫ ⁊ ſpūs.Et h̄ rōnabilit͛.qꝛ ſpūs īmedi
ati⁹ ⁊ multiplici⁹ ad honorem dei deputati
ſunt.⁊ iō merito ampliori lumīe corpibus
clarificādi ſunt.Minor eſt Eſa.xxx.qꝛ erit
lux lune ſic lux ſol'.⁊ lux ſol' ſeptēpliciter ⁊c.
Et Eſa.lxv.Ego creo celos nouos ⁊ terraꝫ
nouā.g̊ ⁊c.¶Correlariū.p⁹ iudiciū lumen Corre.
glīe augebit͛.pꝫ.qꝛ cū ipꝫ ſit neceſſariuꝫ me
diū viſiōis beatifice:vt ī tertio dictū eſt.ſic
beatitudo augebit͛:ita ⁊ ipm.imō dictū eſt:
ꝙ beatitudo eſſentialis augebit͛.g̊ lumē glīe
¶Forte dicet͛.Beati videbūt penas miſe/
roꝝ.g̊ ꝑ miſericordiā ⁊ cōpaſſionē ꝯtriſta/ Argu.1.
bunt͛.ptꝫ ꝯñria.qꝛ ī eis erit plena miſcđia.
Itē qꝛ forte filius eſt in celo ⁊ pater in infer
no:quē tenere vnice ve dilexit.Añs ē mgrī

in lra diſ. vlti. c. v. ⁊ vij. Rñdet. ꝙ quis na
turali pietate ſb̄ ꝯditõe q̄ deo eſſet placidū
gauderēt de eoꝝ liberatõe: vt dic̄ mgr̄ in lra
ex aucte b. Greg. ſup illõ Lu. xvj. dixit illi
Abraā. ⁊ eſt homelia. xl. ſup Lu. Sꝫ q2 oī
no ſbiect⁹ eſt appetit⁹ pietat̄ natural̄ amori
gratuito diuię iuſticię penit⁹ imerſo. nō pñt
velle niſi qđ vidēt deū velle. vñ nec p eis in
tercedūt. ſꝫ eoꝝ penā q2 a iuſto iudice miſe/
ricordit̄ inflicta ē: ꝯtinuari volūt laudātes
de eoꝝ ꝯdēnatiõe dei iuſticiā ⁊ de ſua ſalute
ei⁹ miſcđiā ſine q̄liber cōpaſſiōe affligēte vl'
eoꝝ btitudię quōlibet obſcurāte. Per h̄ dr̄
ad formā ꝯcedēdo añs ⁊ negādo ꝯñtiā ꝙ p
Ad.1. miſcđiā cōpatiāt. ¶ Ad pmā pbatõꝫ dicat̄
ꝙ licet i eis ſit miſcđia habitual': nō tñ ꝯ di
Ad.2 uinā iuſticiā alicui miſerēt. ¶ Ad ſcđaꝫ ꝙ fi
li⁹ eſt i celo ⁊c. dicat̄ ꝙ amor grat⁹ illū amo
rē pietat̄ natural' penit⁹ ab ope cōpaſſiōis
retinet retrahēdo. Hoc de tertio articulo.

# His premiſſis re/

ſpōdet̄ ad rōes pncipales factas ꝯ q̄ſituꝫ
Ad pmā negat̄ añs ꝙ aię añ reſumptōem
corpoꝝ ſint deo ſiliores. Ad pbatõꝫ dicat̄ ꝙ
eēntia aię ſiue informet ſiue ñ: i ſe eque ſim
plex ſit. ⁊ cū informat: tūc ē ſic ei⁹ naturę eſt
q2 ē ꝯdita p corpis regimēto. ⁊ eſt i q̄ete na
tural' ſuę tēdētię: pſertim ſi corp⁹ ſit icorrup
tibile ſic erit p⁹ reſurrectiōꝫ. Dū eñ p⁹ eſſet
ſepata: tūc naturalē adhuc hēbat tēdētiā
ad corp⁹. ⁊ ſic erat i aliq̄li appetitu deſiderij
2 diſtrahēte. vñ tūc min⁹ pfecta ē. ¶ Ad ſecū
dā pbatiōꝫ cū dr̄. ꝙ ſit a corpe ſepata: ⁊ ex
h̄ deo ſilior. q2 de⁹ eſt a corpe matīe ſeparatus
Rñdet̄ ꝙ eſſe ſepatū a corpe reſpectu forme
q̄ nata eſt inherere. q2 dic̄ illi⁹ formę ſtatuꝫ
min⁹ debitū. ⁊ tendētiā ad corp⁹ eſt mag̃ i/
pfectiōis q̄ꝫ pfectōis. ⁊ g̃ h̄ nō dic̄ ſilitudinē
ad deū ſm ſe i talib⁹ formis. de⁹ eñ ſepat⁹ ē
ſic ꝙ nec ſit corp⁹ nec nat⁹ eē i corpe p inhe
ſionē. q̄lis ſepatio aię hūane neq̄t cōuenire
Ad 2 iuxta ſuā naturā. ¶ Ad ſcđam: negat̄ mior.
ꝙ añ reſurrectōꝫ ſit mag̃ vnita. imo i inten
tiōe corpis eſt mag̃ diſtracta. Ad pbatōꝫ
minor̄ ꝯcedit̄ ꝙ i corpe mltiplicet̄ diūſitate
ſit⁹ mēbroꝝ. ſꝫ q2 corp⁹ ipaſſibile erit ⁊ ſine
grauamine: erit ei adminiculū glię: qđ mor/
tale fuit ſarcinę. Vñ p illõ habebit eē ſup/
poſitale. ⁊ tota intētōe feret̄ oīb⁹ ſuis virib⁹
in cognitionē ⁊ dilectiōꝫ dei ⁊ ceſſabit deſide
riū ⁊ retractio quā habuit ad corpis reſum

ptionē. ⁊ ſic p h̄ erit mag̃ vnita. ¶ Ad terti Ad. 3
am neget̄ maior reſpectu corpis hūani ꝙ il
lud qđ ꝯſiſtit i nudo actu itellect⁹ ⁊c. rale ei
pt intēdi p reſumptōꝫ corpis inq̄tū deſide/
riū aię ad corp⁹ fuit aię diſtractiuū. ⁊ ſic a
ꝯſecutōe pfectōis act⁹ itellect⁹ ipeditiuum
Ad pbatōꝫ dicat̄. ꝙ licꝫ ñ depēdeat aīa ho
minis i his actib⁹ a corpe. tñ corp⁹ ꝯfert ad
iſtoꝝ actuū pfectōꝫ: mō q̄ dictū ē. ſ. idirecte
¶ Ad q̄rtā neget̄ etiā maior ꝙ illõ qđ ꝯſur/ Ad.4
git ex bono infinito nullo finito addito: fi/
at mai⁹ niſi ex eo ꝯſiſteret eſſentialit̄ vl' for/
malit̄. Felicitas āt aię btē ꝯſiſtit i bono infi
nito obiectiue. tñ addito g̃du charitat̄ fi/
nitę i aīa bti fieret maior: vt notū ē. ⁊ iō fal
ſa ē maior. Ad pbatōꝫ maior̄ dicat̄. ꝙ ſicꝫ i
finito additū finitū nō fac ipm mai⁹ i ſe: ſic
etiā ifinito delectabili additū finitū delecta
bile: nō fac ipm mai⁹ i ſe: ſꝫ cū h̄ ſtat ꝙ infi/
nito delectabili exñte obiecto: finitū bonuꝫ
additū aīme frueti fac eā i illo bono ifinito
pl⁹ delectari. puta ſi mag̃ cognoſcat ipꝫ. vl' ma
gis diligat ipꝫ. ⁊ h̄ p viā idirectā fac aīab⁹
ſctis reſūptio corpis. q2 aufert ab eis tēdētī
am ad corp⁹ retrahērē a ꝯtēplatōe dei ¶ Ad Ad.5
q̄ntā ꝯcedit̄ maior ⁊ neget̄ mior. ꝙ aīa p⁹ re
ſumptōꝫ corpis ſit plib⁹ itēta q̄ꝫ ātea. Ad
pbatōꝫ dicat̄ ꝙ aīa p⁹ reſūptiōꝫ corpis ⁊ ſi
ſit itēta corpi: h̄ eſt cū delectabili ꝯplacētia
ipꝫ ⁊ oēs vires ei⁹ i deū ordinādo. ad quod
erit aptiſſimū. q2 i nllo rebelle: ſꝫ obediēs p
nutu volūtat̄ ⁊ faciēs cū ea pſonā pfectā i
laudē dei. Sꝫ añ reſūptōꝫ ei⁹ tēdit i corp⁹:
cū q̄dā deſiderio ſperāte aliq̄ mō diſtrahēte
a plena eleuatōe mēt̄ i obiectū btificū. ⁊ g̃
tūc erat itēta plib⁹ q̄ꝫ poſteri⁹. q2 corpi cū de
ſiderio ⁊ ſpe ſuę reſūptōis ⁊ poſteri⁹ cū q̄ete ⁊
ꝯplacētia. ſpes āt q̄ differt̄ affligit aīaꝫ. ꝙ q̄ꝫ
uis i btis aīab⁹ locū nō hēat q̄ ad penā: eo
ꝙ ꝯiūctę ſint obiecto ſatiāte. hꝫ tñ aliq̄lē re
tractiōꝫ ex deſiderio rei deſideratę Intēdit g̃
corpi ⁊ ei⁹ reſūptōi. p⁹ reacceptōꝫ āt nō in/
tēdit niſi corpi vt eleuet ipꝫ i deū. ⁊ ſic pauci
orib⁹ poſteri⁹ Aut ſi vtrıq̄ ꝯtēdis ꝙ tot p⁹ ſi
cut añ. tñ p⁹ h̄ eſt cū q̄ete ⁊ ꝯplacētia ad cō
tēplatōꝫ aliq̄ mō adiuuāre q2 dat eē ſuppo
ſitale. ātea āt erat cū deſiderio ⁊ ſpe aliq̄ mō
aīam ad itima ꝯtēplatōe dei ad iferi⁹ incli/
nāte ¶ Ad ſextā neget̄ maior vbi natalia cō Ad.6
iūcta diſpōnūt ad pfectōꝫ ſupnatal'. ad pba
tōꝫ ꝯcedit̄ ꝙ actio pure ſupnatal' fiat a cā ſu
p naturā agēte. q̄ꝫuis illa ñ depēdeat i actōe
ſua a ꝯiūctōe natialiū. tñ actōes ſupnatales

ſunt i patiēte diſpoſito. et diſpoſitio fit p cō iunctionē naturaliū. iō ſic ↄfert ex idirecto
Ad.7 ↄiūctio naturaliū ¶ Ad ſeptimā. negeť anſ p vtraqꝫ prē. Ad pbatiōꝫ ei⁹ ↄcediť ꝙ de per ſe ex reſumptiōe corpis nō augeať lumen glīę: ſꝫ retardatio vľ retractio aię tolliť rōne cui⁹ tūc et poſt pfecti⁹ eodē lumie ferť in co/
Simile gnitionē et dilectionē. ¶ Sic ferrū obuolu/ tum pāno min⁹ ſcindit. et non dat ablatio pāni ferro acumē ſꝫ demit īpedimētū. Sic nec lumē glīę reſumptōe corpis augeť. Sꝫ qꝛ deſideriū aię eſt ad inferiora aliq̄ modo. ideo eodē lumie min⁹ pōt an̄ reſumptiōem q̄ꝫ poſt ipam. Augeť etiā lumē glīę dei ma/
Ad.8 iori ōnſione ſuę claritatiſ: vt dictū eſt. ¶ Ad octauā. ↄceſſo an̄te: negeť ↄn̄tia. qꝛ eodē ꝓ/ bareť mō ꝙ nō reciperet dotes corpis in reſur rectiōe. qđ vtiqꝫ nō eſt vez. Licet em̄ om̄e meritū habuerit i vita. tn̄ dn̄s decreuit hoc iuxta ſuā puidentiaꝫ an̄ iudiciū. ſ. p̄miare min⁹ et poſt iudiciū ampli⁹. et tn̄ ſemp vltra
Ad 9. ↄdignū. et iō ↄn̄tia nō valet. ¶ Ad nonam ↄcediť maior ꝙ illis innitanť auctibꝫ. et ne/ getur ꝙ hoc nō ſit vez qđ eis exprimiť. Et ad ꝓbationē negeť ↄn̄tia de anima chriſti. qꝛ nō eſt ſiłe: tū quia in morte xp̄i ſuppoſi/ tum qđ moriebať māſit nihilomin⁹ ſuppo ſitū Immo nullū ſuppoſitū deſiīt eſſe. quia anima māſit ſuppoſito vnita ſicut p⁹. Et hoc nō ↄtingit in ſepatiōe aię alteri⁹ hoīs.
2 ¶ Scđo. etiā nō habuit illa bn̄dicta aīma p̄ncipaliť ad corpus tendentiā ſicalię hn̄t aię. eo ꝙ māſit vnita ſuppoſito diuio: qđ eā ſic ſupabūdāter beatificauit ꝙ nō diſtra hebať aliq̄ mō a ↄtēplatōe deitatiſ. p̄ſertim cū ſpūs fuerat ei dat⁹ nō ad menſurā. Jo hānis. iij. ¶ Itē ppter plenitudinē gr̄ę crea
3 re: nec ſuppoſitatio ei⁹ erat ex corpe: ſed ex ſuppoſito diuio. et iō nō eſt ſiłe. ¶ Si dicať
4 ꝙ min⁹ habuit tendētiā ad corp⁹. ↄcediť. ſꝫ iſta fuit ita eleuata p ſuppoſitationē ver bi qđ eā ſuppoſitabat: vt in nullo diminu eret ei⁹ cognitionē vel dilectionē ſicut i alijſ creaturis. ¶ Ad ſcđam ꝓbationē minoris
Ad.2 ↄcedať an̄s. et negeť ↄn̄tia. qꝛ nō eſt ſiłe: de appetitu deſiderij et de appetitu complacētię q̄uis em̄ ſpes q̄ differť affligat aīam. nō tn̄ ppter hoc delectatio vel quies in re iam ha bita. ineſt em̄ naturę: ꝙ appetitus deſiderij aliquo mō grauet ſua dilatiōe. Sic autēꝫ nō eſt de appetitu cōplacētię. Vez eſt tn̄ ꝙ ſpei dilatio nō poſſit animā beatā reddere grauē vel triſtē ppť ↄiunctionē ei⁹ cū bono delectabili ſatiāte. facit tn̄ ipam aliq̄ modo minus tēdere ad ſupius ꝓpter deſiderium inferioris. ¶ Rōnes ꝓ ptibꝫ oppoſitis ſunt p dictis. Hoc de queſtione.

# Dubiū breue

ꝓ fine faciendo eſt tale. Utrū damnati videāt gl̄iaꝫ btōꝝ? Argu. 1.
¶ Arguiť ꝙ nō. qꝛ in inferno nō eſt lumē. ğ nec viſio. tenet ↄn̄tia. qꝛ neq̄t eē viſio niſi cū lumie. An̄s ptꝫ. qꝛ i inferno ſunt tenebrę exteriores. q̄s vocat mgr̄ i lr̄a diſ. vltima oīmodā excluſionem a lumine
¶ Scđo dānati nō vidēt beatos videre di uinā eſſentiā. ğ nō vidēt eoꝝ gl̄iam. ptꝫ cō ſequētia. qꝛ gl̄ia btōꝝ p̄ncipaliť ſtat i viſiōe eſſentię diuię Joh. xvij. Hęc ē vita etna et cē An̄s pꝫ qꝛ ſi vidēt eos videre diuinā eſſen tiā: ipi eſſent beati. nā tūc etiā ipi viderēt eā arguiť. 2
¶ Tertio. qđ nō ↄcediť in hac vita ſanctis niſi rariſſime: nō ↄcediť damnatiſ. ſꝫ videre gl̄iam beatoꝝ non ↄcediť in hac vita viris ſanctiſ niſi rariſſime: vt btō Paulo q̄ rapt⁹ fuit ad tertiū celū et audiuit arcana v̄ba: vt habeť. ij. ad Cho. xij. Igiť h̄ nō ↄcediť dā/ natis. arguiť. 3
¶ Quarto. qꝛ dānatoꝝ aię nō vidēt ea q̄ fiūt in h̄ mūdo. ğ nec gl̄iam beatorum tenet ↄn̄tia. qꝛ min⁹ diſtāt a p̄n̄ti ſeculo q̄ꝫ a futuro. Et an̄s eſt Auguſtini in libro de cura p mortuis agēda: dicētis ſic. Ibi ſunt defunctoꝝ aię vbi ea q̄ hic aguntť ſcire non pn̄t. Arg. 4.
¶ Quinto. hoīes p̄n̄tis ſeculi non pn̄t videre gl̄iam ſanctoꝝ. ğ min⁹ dānati. ꝓbať ↄn̄tia. Tum qꝛ maior eſt ↄformitas eccłię militātis cū triūphante q̄ꝫ ſtatus infernaľ cū eadē Tum etiā qꝛ minor diſtantia. Tū etiā quia in hoc ſtatu ad minus eſt mediū illuminatū: qđ plus ↄfert ad videnduꝫ q̄ꝫ faciunt tenebrę infernaleſ. Argu. 5
¶ Sexto. aliqui dānati nō vidēt gl̄iam btōꝝ. ğ nulli. ꝓbať ↄn̄tia. qꝛ nō eſt potior rō vt videť de aliq̄bꝫ q̄ꝫ de omibꝫ. An̄s ptꝫ de pueris in infantia ſiue baptiſmate defunctiſ. qꝛ ſi tales viderēt gl̄iam ſanctoꝝ: vel ad gl̄iam eoꝝ viderent eam: et hoc nō. qꝛ nō mereutť gl̄iam. vľ ad pe nam: cōtra. eis nō debeť pena ſenſus: vt ꝑuſ dictū eſt. Sꝫ i oppoſitū eſt mgr̄ i hac di ſtinctiōe vltima. ca plis. v. et. vij. arguiť 6

# Pro hoc dubio

breuiter expediēdo Primo p̄mittēdę ſunt diſtinctiones. Secundo cōcluſiones.

Quantum ad pri/
mũ eſt aduertendũ ꝙ poſt hãc vitã triplex
Nota.1. viſio repiet̃.que etiã modo eſt in beatiſ. Pri
ma vocat̃ meridiana. q̃ eſt cognitio eẽntię
diuinę.in q̃ aĩa q̃ſi in meridie lucis ęternę
2 toto deſiderio ſuo ſatiat̃. ¶ Scd̃a vocat̃ ma
tutina: quę eſt cognitio rerũ in v̄bo. de q̃ in
tertio dictũ eſt. ꝙ eadẽ noticia aĩna cogno
3 ſcit v̄bũ ⁊ res in v̄bo. ¶ Tertia eſt veſpertina
⁊ vocat̃ cognitio reꝝ in ꝑprio genere: q̃ du/
plex eſt. Quedã em̃ eſt infuſa vel a deo me/
diante cognitione matutina. ſicut eſt in be
atis. Uel immediate ſine cognitiõe matu
tina media. qualis fuit in ꝑphetis q̃b᷒ de/
us claras futuroꝝ noticias infudit. Poſſ;
etiã infuſa haberi ꝑ angelũ intellectuꝫ illu
minantẽ. q̃ modo ſuperiores angeli illumi/
nant inferiores: vel hoĩes vel demones. ſic
vult beat᷒ Dionyſi᷒ in de angelica hierar/
chia. ⁊ in lib. de di. no. Alia eſt acq̃ſita a re
bus ꝑ eaꝝ ſpẽs: vel ab eis receptas. vel ſic
aliqui dicũt inditas ab origine ꝑductõis
ꝑſertim in angelis: de q̃ magis dictũ fuit li/
Nota.2 bro.ij. ¶ Scd̃o eſt notandũ. ꝙ angeloꝝ vl̃
ſaluatoꝝ gaudia videri a dãnatis põt itel
ligi dupl̃r. Uno mõ in genere. q: vidẽt eos
letari in q̃ete ⁊ in gr̃arũ actione ⁊c̃. Alio mo
do in ſpecie. ſ. q: vidẽt modũ cognitionis ⁊
fruitionis: vel obiectũ in quo delectantur.
Nõ 3. ¶ Tertio eſt notandũ. ꝙ cũ reordinatiões
peccatoꝝ debeãt fieri ꝑ ↄtrariũ: iuxta exigen
tiam iuſticię diſtributiuę rõnis eſt ⁊ ↄgru
um: vt mali q̃ hic oꝑa meritoria deriſerunt
viſa gl̃ia premiatoria: ꝑ illis debite torque
antur. Hoc de primo articulo.

Quantum ad ſe/
cundũ articulũ eſt ꝑma ↄcl̃o. Licet dãna
Pars.1. ti gl̃iam videãt beatoꝝ in genere: nõ tamẽ
videt eã in ſpecie. ¶ Prima pars patet per
illud Sap. v. Uidentes aũt turbabũtur
timore horribili ⁊c̃. Et beatus Gregori᷒ ho
melia. xl. ſup Lucam dicit. ꝙ infideles in
inferno poſiti fideles ſupra ſe in requie attẽ
dunt. Et patet ꝙ ſit congruũ. q: ↄgrue pu/
niunt̃ penis ↄtrarijs delictoꝝ. vt dictũ eſt ĩ
tertio notabili. modo cũ viuebãt hic: ſuos
dei deriſerunt. oꝑa meritoria vilipenderunt
⁊ ꝑ nihilo reputauerũt. Ut reformet̃ g̃ eoꝝ
deriſio vidẽt beatoꝝ exaltationẽ. Ut refor/
metur eoꝝ ↄtempt᷒: vidẽt gl̃iam ↄtra eoꝝ
ignominiã. et vt quia ſuã vitã extulerunt:
⁊ vitã bonoꝝ nihilipenderunt: reformẽtur
ꝑ penã quã habent videndo illos exaltari:
⁊ ſe apud inferos cruciari. Unde ſequitur
Sap. v. eos dicturoſ. Hi ſunt quos aliq̃n
habuim᷒ in deriſum ⁊ in ſimilitudinẽ impro/
perij. nos inſenſati vitã illoꝝ ęſtimabamuſ
inſaniã. ⁊ finẽ illoꝝ ſine honore. quomodo
g̃ cõputati ſunt iter filios dei: ⁊ int̃ ſanctos
ſors illoꝝ eſt. ¶ Scd̃a ps ↄclõis ꝓꝫ. q: in Pars.2
ſpecie cognoſcere dulcedinẽ ↄtẽplatõis ⁊ ꝑ
fectionẽ viſionis: nulli ↄuenit niſi ſit beat᷒
⁊ g̃ hoc nõ hꝫ locũ in dãnatiſ. ¶ Scd̃a con/ Cõ clo.2
cluſio eſt. q̃uis ſic dãnati vſq; ad diẽ iudi
cij videãt bonoꝝ gl̃iam: nõ tñ videbũt eaꝫ
poſt finalẽ ſñiam. Prima ps patꝫ ex auctẽ
Gregorij pus allegata. Et beat᷒ Aug᷒. li.
meditationũ. c. xiij. inq̃t. ꝙ ſuppliciuꝫ erit
maloꝝ videre gl̃iam bonoꝝ. Et itelligit vſ/
q; ad iudiciũ incluſiue. Scd̃a ps patꝫ per
Gregoriũ ibidẽ. q: dicit ꝙ poſt iudiciũ nõ
videbũt electos. q̃uis electi videant eos.
Cõuertent̃ em̃ tũc penit᷒ ad ſuas miſerias
cogitãdas: ſic ꝙ vix vel nũq; al̃s diuerterẽt
mentẽ. ¶ Sꝫ dicet̃. g̃ alleuiabit eis pena. ꝑ obiectio
batio ↄñtię. q: penoſum eſt eis videre gl̃iaꝫ
⁊ h̃ poſt iudiciũ nõ habebũt. Falſitas ↄñtſ
ꝓꝫ ꝑ Augſ. xxxviij. c. li. meditationũ dicẽ/
tem ꝙ poſt diẽ iudicij gui᷒ puniet̃. ¶ Rñde Solo.
tur. negãdo ↄñtiã. ⁊ ad ꝓbatiõꝫ ei᷒ dicat̃.
ꝙ ſicut antea torq̃bant̃ de viſione. ita poſt
iudiciũ de memoria q̃ recordant̃ ſe eã vidiſ
ſe ⁊ amiſiſſe. Itẽ ſi in h̃ alleuiarent̃. tamẽ in
alijs multo grauius tũc punietur. ſcꝫ terro
re faciei iudicis ⁊ ardore corpis. compreſſi/
one multitudinis corpoꝝ damnatorũ ⁊c̃.
¶ Tertia ↄcl̃o. Hãc ſanctoꝝ gl̃am non co/
gnoſcũt cognitõe matutina. q: nõ videbũt Conclo.3
eſſentiã dei. ¶ Correlariũ. ꝙ eã cognoſcũt co
gnitõne veſpertina. ſequit̃. ex q̃ ei cognoſcũt Corre.
eam: vt dicũt ↄcl̃iones ꝑcedentes. ⁊ non co
gnitione matutina. ſequitur ꝙ veſpertina.
¶ Quarta ↄcl̃o. veriſil̃r eã cognoſcunt cog
nitiõe infuſa ⁊ nõ cognitiõe ꝑ ſpẽs receptas Conclo 4
a btĩs. Prima ps habet̃ ſi ſcd̃a ꝓbata fue/
rit. ꝓbat̃ itaq; ſcd̃a. q: attẽti ad ſuas g̃uiſſi/
mas penas: etiã ſi ſpẽs a reb᷒ vl̃ a btõꝝ gl̃a
viſa poſſent m̃tiplicari. tñ mot᷒ maior pe
nę veriſil̃r ĩpediret oẽm motũ earũdẽ ſpẽꝝ. ⁊
tũc ex h̃ ſeq̃t̃ ꝑma ps. ſ. ꝙ ex q̃ cognoſcũt. ⁊ ñ
cognitiõe matutina. vt dic̃ ↄcl̃o tertia. nec
veſpertina cauſata ꝑ ſpẽs ſumptas a reb᷒.
ſeq̃t̃ ꝙ cognoſcũt eam cognitione infuſa in

ipſoꝝ iuſtã punitionẽ.nõ em̃ ſunt aliꝗ mo/
di. Hoc de ſecundo articulo.

**His premiſſis re/**
ſpondet ad rõnes pncipales ¶ Ad pmam
poſſet negari añs.qꝛ Gregoriꝰ in moralibꝫ
dicit.ꝙ i inferno ſit lumẽ:nõ ad ꝯſolationẽ
ſꝫ vt magꝭ torq̃at ad aliq̃d lucet.nã ſeq̃ces
ſuos q̃s ſecũ reprobi de mũdo traxerũt:flã/
ma illuſtrãte viſuri ſunt. Meliꝰ tñ dr:negã
do ꝯñtiã. Ad pbationẽ cũ dr.ꝙ neq̃at eſſe
viſio ſine lumĩe. Rñdet. ꝙ ſi de viſiõe cpali
ꝛ corpali ſit ſmo:ꝛ de lumĩe corpali. verũ aſ
ſumit.ſꝫ nõ eſt ad ppoſitũ.qꝛ talis viſio nõ
eſt in dãnatꝭ reſpectu glĩe btõꝝ. Si aũt de
viſione ſpũali ꝛ lumine ſpũali.ſic ipa viſio
põt dici lumẽ.qꝛ facit ſpm̃ cognoſcere vl' vi
dere q̃ alꝭ nõ videret:vñ eũ illuminat. Et
ſic vſq3 ad diẽ iudicij eſt in inferno lumen.
qꝛ illumĩatio ꝛ viſio generalꝭ glĩe:quã pdi/
derũt. Nec ad hãc requirit lumẽ corporeũ.
cũ nõ fiat p ſpẽꝝ receptionẽ vt credit: ꝛ di/
ctũ eſt:ſꝫ p infuſionẽ cognitiõis i reprobꝫ
Ad.2 debitã penã ¶ Ad ſcdam:neget ꝯñtia.nõ eĩ
ex eo dicunt videre eoꝝ glĩam.qꝛ vidẽt eos
videre diuinã eſſentiã. ſꝫ qꝛ exterioribꝫ ſi/
gnis ſibi oñſis cognoſcũt eis bñ eſſe. Ad p
bationẽ ꝯcedit qd aſſumit:ꝙ glĩa beatorũ
pncipalit ſtet i viſione diuiẽ eſſentiẽ.tñ ad
h ꝙ aliq̃s videat btõ bñ eſſe ſignis exterio/
ribꝫ.nõ oportet ꝙ ipſe ſciat vñ bñ ſit ei for/
Ad.3 malit. ¶ Ad tertiã.ꝙ nũq̃ ſctis in hac vita
ꝯcedat videre glĩam btõꝝ eo mõ q̃ eam vi
dẽt dãnati. qꝛ illi vidẽt eã in penã ꝛ ꝯfuſio
nẽ.h nõ dat ſanctis in hac vita: ſꝫ Paulo
ꝛ Moyſi forte ꝯceſſum eſt eã videre q̃ſi p/
guſtãdo dulcedinẽ ꝛ ſupra modũ delectan
do.h mõ dãnati nõ vidẽt:ſꝫ i debitã ipis pe
nam. ¶ Ad q̃rtã:neget ꝯñtia . qꝛ ea q̃ fiũt i
Ad.4 hoc mũdo nõ ſic eſſent eis i penã ſic eſt glĩa
beatoꝝ quoꝝ vitã vitupauerũt in h ſeculo
Et iõ in recõpẽſam pcti oñdit eis glĩa eorũ
2 in futuro. ¶ Itẽ qꝛ finis quẽ pdiderũt non
eſt vita hꝰ ſecli ſꝫ glĩa regni.ꝛ iõ non ſic tur
barent vidẽdo ea q̃ ſunt vie:ſicut ea q̃ ſunt
3 patriẽ inſpiciẽdo. ¶ Ad pbationẽ dr ꝙ mi/
nor diſtãtia hic nihil faciat. qꝛ nõ vidẽt p
ſpẽs pprias ſumptas a rebꝫ. ſꝫ p infuſionẽ
dei tales noticias in eis pducẽtis:ſicut fecit
in pphis.vñ nihil facit ppinq̃tas diſtan/
Ad.5 tia ve localis. ¶ Ad q̃ntã.negãdo ꝯñtiam
nõ em̃ aliq̃ mõ debet viſio taliũ hoĩbꝫ huiꝰ
ſeculi cõiter.qꝛ nec in penã: cũ adhuc ſint i
via.nec in glĩam cũ nondũ venerint ad pa
triam. ¶ Ad pbationẽ ꝯñtiẽ ꝯcedit ꝙ ma/ 1
ior ſit ꝯiunctio ecclĩe militãtis cũ triũphã/
te q̃ ciuitatꝭ reprobꝫ vl' dãnatoꝝ. ſꝫ nõ p
pter h oportet ꝙ oĩa q̃ ciues illiꝰ vidẽt: iſti
videãt.qꝛ eis multa debent in penã: q̃ nõ de/
bent iſtis. ¶ Ad ſextã:de puulis q̃ nullũ ac/ Ad.6
tuale cõmiſerũt põt dici vno mõ ꝙ non vi
deãt glĩam ſanctoꝝ.qꝛ illa viſio nõ oñdit
dãnatis niſi i aliquã penã ſenſus:q̃ paruu
lis nõ debet. Et ſm h negaret ꝯñtia prima
Et ad pbationẽ diceret. ꝙ deꝰ iuſtus iudex
peccata p ꝯria reformãs glĩam beatoꝝ ꝯdẽ
natis p crimine actuali notificat in debitã
eis penã. Secꝰ de his q̃ p ſolo originali cõ/
demnati ſunt.q̃bꝫ hmõi pena ſenſus nõ de/
bet infligi.ſicut nec inuidia vel alio crimine
in ſuppliciũ puniẽdi ſunt. qꝛ nullũ crimen
in corpe cõmiſerũt . ꝛ ſic negãda eſſet pma
ꝯñtia.ꝛ ptꝫ rõ diuerſitatꝭ. ¶ Aliter poſſꝫ di 2
ci.qꝛ nõ eſt bñ notũ quõ de eis ſit ꝙ videãt
glĩam beatoꝝ:ſicut etiã vidẽt penas dãna
toꝝ.ꝛ videbũt iudicẽ vniuerſoꝝ:nõ aũt eiſ
in penã ſꝫ ad quoddã lumẽ intellectꝰ ipſiꝰ
informatiuũ. Et ſic negaret añs. Et ad p/
bationẽ neget diuiſio.qꝛ nec ad penam nec
ad glĩam:ſꝫ ad diuinã iuſticiã ꝛ miſericor/
diam om̃i creaturẽ rõnali inſinuãdã. ¶ Et 3
ꝙ de glĩa viſa beatoꝝ nõ inuidebũt. ſic nec
in vita alicuiꝰ boni habuerunt inuidiam.
Vñ igit ad eos veniret poſt mortẽ: non ex
ipſis.qꝛ abſit vt acquirere poſſint vermem
ꝯſcientiẽ q̃ nõ poſſunt acquirere virtutẽ iu
ſticiẽ. Nec a deo. qꝛ deus nõ eſt auctor cul/
pẽ ſiue mali penẽ qd non demeruit culpa.
Nec etiã dolebunt vt multi dicunt de glo/
riẽ carentia:ſcientes eã ſibi nõ deberi. Et q̃li
bet modo dicat.patet ꝙ ratio non ꝯcludat
nullũ tamen illoꝝ aſſero qꝛ neſcio quõ res 4
ipſa ſe habeat. ¶ Ad auctoritatẽ mgr̃i poſt
oppoſitũ patet ꝙ ſit p pmis duabꝫ ꝯcluſio
nibꝫ. Hoc de q̃ſtione.

Diui Marſilij Inghen doctoris cla
riſſimi: in quattuor ſentẽtiarũ libros
opus preclarum: ſummi dei munere
gratioſo ſic reductum in lucẽ: finit fe/
liciter. Ex officina Martini flach iu
nioris ciuis Argentiñ.iiij. kal.ſeptẽ/
bribꝫ Anno dñi.1501.

Laus deo celi dominoq3 terre.

UNIVERSITARIA
GRANADA

Nº Caja
B-19

MAR
34
SILLI
IN
ZET
4SE
EN
G. E.
55